


CONC. NAZ.
PROV. DIOC.
162
D
35.
BIB. NAZ. NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
162
D
35
NAPOLI

# SYNODALES CONSTITUTIONES SYRACUSANENSIS

Ecclesiæ, ex scripturis Canonibusq; sacris decerptæ: per Reuerendissimũ in Christo Patrē, Dñm Don Hieronymũ Bononiũ, eiusdē Ecclesiæ Antistitem, plena Synodo

PROMULGATAE, DIE OCTAVO Mensis Septembris. 1553. Ac nuper per eundē Reuerendissimũ Dominũ Editæ. Additis Excōmunicationibus Papalibus, & Episcopalibus, ex corpore Iuris depromptis, Bulla in cœna Dñi, Canonibus pœnitētialibus, Aliisq; declarationibus, de minori Excommunicatione. Cum Repertorio ad materias quascunq; inueniendas, Amplissimo.



Panhormi Anno Domini. M D LV.



# LEONARDVS CYPRIVS V. I. D. ECCLESIAEq; CATHEDRALIS SYRACVSANAE CANONICVS, SYNCERO LECTORI.



Voniam summus Opifex cœli terræq; dñs, postq̃ totius Mundi machinã, suo quidem miro construxit ordine, hominẽq; ad sui imaginem compegit: mo[r]ibus & legibus humanũ [g]enus uiuere, recta cũctis sectari, praua abho[rre]ri, honesta sequi, & inhonesta insequi statuit & ordinauit: Cuius supræmi Opificis uestigiis inhærentes sanctissimi Patres, summi Pontifices, Imperatores, Reges, cæteriq; Mundi Principes (ultra demissas diuina prouidentia leges) tot decreta, constitutiones, & canones, tot leges, statuta, Iuraq; uaria, uariis temporibus condiderunt, decreuerũt, statuerunt, & compilauerunt, indiesq; statuũt atq; cõpilant. Nõ immerito igitur Illustr. Vir Dominus Dõ Hieronymus Bononius Præsul Syracusanus solertissimus, memoratorum patrum dogmata diligentissime sequutus, has præsentes cõpilauit.

statuitq; Constitutiones: quas plena Synodo solenniter promulgari curauit, atq; exactissima cura, desuper imprimi decreuit, & fecit. Onus suis humeris impositum, iuxta pastoralis offitii debitum, studiosa uigilantia explendo: ui rum subditorum, ad bene beateq; uiuendum, reformando, eosdemq; exhortando. Quarũ quidem synodaliũ cõstitutionũ documẽta, tibi (quicunq; fueris subtilissime Lector) gratissimũ munus fore existimaui. Si subditus es, easdẽ lectitãdo, peccata exhorrebis, uitia effugies, malaq; repelles. Si liber, ex bono, in melius, uitam moresq; tuos, facile commutabis. Et quemadmodũ, stellas cœli non obscurat nox, sic te eorũ lectioni firmiter inhærentem: mundana iniquitas nõ obscurabit. Amplectere ergo sanctissimũ opus, quod præclarũ Bononiæ Nomen, gratis omnibus præbet: amplexumq; in corde retine; retentumq;, tanq̃ rarum, charum habeto. Vale.

## ANTONINI DANIELIS, CANO nici Syracusani, Carmen.

ARgutos sensus; præclaraq; multa uidere
Si libet, & ritus noscere forte sacros.
Hæc lege, quæ uariis decorauit floribus ordo
Lucidus, & rerum copia summa nitet.

ferno cōparire diuerſe ſorti d'animali, a fin' che intendeſſe, hauer poteſta di corregere tutti i ſudditi, & ſeruirſi di eſſi nelli biſogni della chieſa, ſenza accettation' di perſone. Se con queſto ſanto [illegible] noi ci congregaremo, Noſtro Signor Dio ci inſegnara quel', che cōuiene al beneficio noſtro uniuerſale, per che li Paſtori Dauid, Moyſes, Amos, & quelli chi ſi trouorno nel naſcimēto di Chriſto, ſecondo ci inſegna la ſcrittura ſanta, quando Dio li parlo, ſi trouorno guidando & paſcēdo li ſuoi greggi & armenti. Il medeſimo ſua Diuina Magieſta, concedira ali buoni prælati, quando li trouara tra la ſua gente, e i ſuoi popoli, animandoli, inſegnandoli, corrigendoli, guidandoli, & defendendoli da i continui imminenti pericoli. Per tanto a confirmatione di queſto, per ſodisfar a quanto ſemo obligati mediāte la gratia di Dio, Simo cōuenuti a celebrare la Synodo, per prouedere di remedio oportuno, ſecondo al noſtro officio di Paſtore conuiene, dicēdo noſtro Signor Dio al Propheta Hieremia. Hiere.c.1. Conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut euellas, & deſtruas & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Ti fo intendere Hieremia, che hai di tenere officio ſopra le genti, che te ho dato in guardia & gouerno, de ſcacciare li uitii & inſegnar le uirtu, d'eſtirpare le mal' piante, & edi-

ficare le buone. Et anchor che ci siano alcune cō/ stitutioni, & usi antiqui lodabili, non pero con uiene, per la uarieta de i tempi mutarle, & prouedere dell'utile, piu oportune a i casi, che di giorno in giorno occorreno communemente. Per la qual cosa i miei molto Reuerendi fradelli, uedete & considerate, in che cosa io possa piu profittarui, & tutti giuntamente consultiamo quel, che piu ci conuiene, & piu sia il seruigio di Dio & meglior gouerno di questo Vescouado, che questo e il mio principal intento, & non di usare rigori, o altri miei particolar interesi, concio sia cosa, che si ben sia stato, per i nostri Signori prædecessori di buona memoria, il tutto ben retto, gouernato, & ordinato. Nientedimanco considerata la differentia del tempo passato, al præsente, ni e stato necessario mancare, & agiungere in alcune cose: & raddurle, nelle sequenti Constitutioni.

# HIERONIMVS

MISERATIONE DIVINA EPISCOpus Syracusanus, Capitulo & Clero Ciuitatis atq; Diocæsis Syracusanæ: cuiuscũq; Dignitatis, gradus, & conditionis existant, Salutẽ & syncerã in Domino Charitatem.



Voniã ab adolescentia uiri procliuis ad malũ sẽsualitas humana declinat: per quod morũ subuersio i Clero & Populo frequenter obrepit, necessaria est superioris auctoritas: quæ tã per opportunæ prouisionis suffragiũ, q̃ per prouidi cultoris sarculũ, extirpet uitia, uirtutes inserat, corrigat excessus, moresq; reformet. Quod sane considerãtes humeris etiam nostris incumbere, deformatorũ reformationem in Clero præsertim prospicere, gregemq; Dominicum nobis commissum, in uiam salutis & pacis dirigere, uotis omnibus Cupientes, nihil ad hoc opportunius fore censuimus, q̃ synodales Constitutiones hactenus forsan negligẽter seruatæ, de nouo recenseantur & cõpilentur de cætero diligentius obseruãdæ. Vt igitur offm̃ nostrum Pastorale, in p̃missi gregis Dñici utilitate, & cõmoditate diffunderemus, atq; ad instar optimi medici, super uulnera sauciatorũ uinũ & oleum imponeremus, & pristinæ sanitati redderemus,

Has p̄ntes ſynodales cōſtitutiões,ĩ ipſo tẽpors reſiduo, quod nobis in concilio Tridentino ſupererat ( fugato ocio ) faciendas Duximus , eaſdemq; pro uiribus compilauimus . Qua propter , Prædeceſſorum noſtrorum fere ueſtigiis inhærendo , Vna cum uenerabili Capitulo Eccleſiæ noſtræ *Syracuſanæ* , ac totius cleri præſentis ſynodi , matura deliberatione præhabita : Conſtitutiones prædeceſſorum noſtrorum fere abolitas , & in hanc nouam formam compilatas ( additis tamen in hac præſenti ſynodo nonnullis , ac quibuſdam reſecatis , prout ſaluti & commodis ſubiectorum , iuxta temporum ac morum uarietatem , expedire putauimus ) in hoc breue compendium redigere , uobiſq; communicare & publicare curauimus . Collectas , tam ex ſacra pagina & Canonicis inſtitutis , q̄ multiplicitate negotiorũ , ac magiſtra rerum experientia, in euidẽs atq; perpetuum animi noſtri teſtimonium , adducẽdas. Nonnulla etiam non tanq̄ noua, ſed iam tacta per Canones & Doctores , propter illos quibus librorum ſupellectilis copia non adeſſet , quaſi recitando , creditis nobis filiis traderemus. Auctoritate igitur noſtra Ordinaria, in uirtute ſanctæ obedientiæ , ac ſub pœnis & cenſuris in illis contentis , uos diſtrictius requirentes, quatenus huiuſmodi ſynodales Conſtitutiones & ſtatuta , prōpto affectu ſuſcipiatis, & obſeruetis , ac omni ſtudio cuſtodire uelitis , ſubiiciendo tenorem earundẽ, quẽ noſcitis eſſe talem.

Non hic inuenies nugas, & inania uerba,
Nec, quæ non humeri pondera ferre queāt:
Sunt hoc quæ nimium cultores numinis almi
Decreuere patres, codice pressa breui:
Clerica tractātur præcepta, & dogmata passim,
Fecundo decies pectore prompta legas.
Idcirco nostro multum debere fatemur
Pontifici, cui det præmia digna Deus.

## SERMONE VOLGARE RECITATO in Synodo.

IL Reuerēdissimo Patre & Signor Nostro, lo Signor Don Hieronymo di Bologna, per misericordia diuina Vescouo di Syracusa, alli molto Reuerēdi Abbati, Priori, & soi charissimi fratelli, Archidiacono, & Capitulo della sua chiesa, alli Viceuicarii, Rectori, Curati, Beneficiati, Cappellani, & altre persone Ecclesiastice del suo Vescouado, Salute in Dio, Nostro signore.

IL Spirito santo altissimo pien di gloria, desioso sempre di nostra salute, & ogni nostro bene: ordino una legge & promulgolla per mezzo del Euāgelista san Mattheo. Doue ce icita & prouoca, a coadonarci molte uolte insieme, nel suo santissimo nome, per determinare & accordare cose, che siano ad honore & gloria sua, prómettē Matt. 18.

doci,& dandoci la sua parola, qual mai puo man care, che piu presto mancaria il cielo & la terra, dicendo che tutte le uolte ch' in suo nome ci giõtaremo, tegniamo per molto certo, ch'esso stara tra mezzo a noi presidente, di modo, che si quelli che si giõtarano saran' doi, nostro Signor Dio sara il terzo, se tre, il quarto, tal che mai mãcara. Certamente nõ e poco dono, che sua diuina Magiesta, si degni essere nostro cõpagno, ne e poca consolatione, che sua infinita bonta uoglia presidere in noi, quando staremo cõgregati nel suo santissimo nome. Per il che son molto da notare, & considerare (& non senza mistero) le parole, oue dice, in suo nome: per cio che per esse, ci da ad intendere, ch'el nõ si obliga sempre ad esser psente, & in mezzo le compagnie & congregationi de gl'huomini, si non di quelli, che staran' congregati sotto sua ombra, intẽtione, & nome, per trattar cose sante & giuste: considerato che nelle congregationi di cattiui, doue il fin' loro sia in male, in danno & pregiuditio del prossimo, & del ben comune, & in disseruitio & dishonor di Dio, in mezzo di essi sta psidẽte il demonio. De qui e nata la molto laudabile, & santa institutione deli Concilii, & Synodi, cominciati primamẽte per li santi Apostoli, fondamento della nostra catholica chiesa, confirmata & aumentata, cõ molto feruore & gran zelo, delli santi antiqui, & sol

soccessori illuminati dal Spirito săto; per cognoscersi di quanto necessario frutto, doueuano esse re questi agiuntamenti, & queste conciliare cōgre gationi alla chiesa militāte, si per insignare bone dottrine, costumi catholici & santi, come per estir pare, & radicalmente togliere uia li uitii & errori, che in essa sempre semina il nemico dell'humana gnatione. Alli quali appartiene & conuiene, principalmēte la cura & carrico, d'inquirere & sapere li aggrauii, li lamenti & querele, deli suoi sudditi, di corregere & raffrenare suoi mali costumi & errori, secōdo sia piu seruigio, & honore di Dio nostro Signore, salute del stato, bono & lodabile gouerno delle Diocesi, statuēdo & ordinādo cō stitutiōe utile, per la salute dell'anime, per la buona reformatione di costumi cattiui, & per ottima espeditione de i negotii, chi mirano a questo fine qual' deue essere il principal' intēto del Prelado, secondo dice nostro Signor Dio per Ezzechiele Propheta, parlādo in persona del buon Prelado. Quod perierat requirā, quod abiectū erat, reddu cā, & quod cōfractū fuerat, alligabo, & quod in firmū fuerat, consolidabo, & quod pingue & forte, custodiā, pascam illas in iuditio. Come da un saggio & buon' Prelado, qual deue cercare la pecorella persa, & trouata remetterla nel gregge, raccogliere la discacciata, sanare l'inferma, & animare la debole, & ne i pericoli, deue mostrarsi il Ezec.c.34

primo cōbattitore,& guerriero,come fe il nostro Redēptore,che tra perfidi giudei cōporto restar pso, & che i suoi discepoli si saluassero. Deue animare i timorosi, & inalciare i fiacchi & impotēti, fauorir li trauagliati, & inuagliarsi al benefitio di tutti, ha da essere humano con tutti per nō cascare in fama di cattiuo Prelado, in la cui persona dice il Propheta Zaccharia a soi suditi. Nō pascā uos, quod moritur, & quod subciditur, subcidatur. & reliqui deuorent unusquisq; carnem proximi sui. Come che dica muorasi chi si uoglia & cōsumesi che si uoglia, che mi fa a me: suo danno, si niun resta uiuo, quel consumi la robba del prossimo, & la strapazzi a suoi piaceri & spassi. Questi chiama nostro Signor Dio, per bocca di san Giouan' Euangelista, latroni & assaltatori, chi nō pēsano ad altro, che macchiare le sue nocēti mani: del sangue humano, & saciare la sua īgorda uoglia, nel continuo mangiare & bere. Fur non uenit, nisi ut furet, & mactet, & perdat lossō di buon Prelado e d'āmazzar & estirpare li uitii, & saluar li uitiosi. A san Piero capo della chiesa santa, & Pastor delli Pastori, mai fu detto ne ammazzar ne radi, o tosa le tue pecorelle, ma si bē pascile: saluo che ne gl'atti delli Apostoli, nel Cap. xi. se scriue surge Petre, occide & māduca, cio e leuate Piero āmazza & māgia, pero questo fu detto ad altro mistero, per che in sua pñtia, subito se gli

Zacchar. c. xi.

Iohan. x.

Act. xi.

# HORTATIO AD HONESTAM Vitam. Capitulum Primum.



VUM Clericorum honestas, a capitis uertice usq; ad plantã pedis uerse tur. Nos omnes summa ope niti decet, ut nominis professionisq; nostræ memores agnoscamus (cũ in sanctorũ loco simus) necessitatem bene uiuẽdi, non licentiam peccandi esse assecutos: ne sic laycis ullam præbeamus ansam peccandi, aut iure male sentiant de clericali professione; uel hinc occasionem accipiant in uitiis perseuerandi. Idcirco in primis a nobis elaborandum est, ut sanctorum opera exerceamus: Luceantq; coram hominibus opera nostra: simusq; illud sal Euangelicũ in ministerio uigilantes, & soliciti plantantes, euellentes, dissipantes, & cum summo studio ædificãtes, quæ ad pietatem proficiunt. Aliter enim nobis alios corrigere uolentibus facile obiicietur, Medice cura teipsum. Curandum igitur est, ne eius quod in nobis requiritur, totum oppositum reperiatur: ne honestatis loco suffecta in honestate, quis merito dicat: a planta pedisq; ad uerticem capitis, non esse in nobis sanitatem.

c. his igitur eã in .xxiii. .c. ultimo diiii. xl.

.c. clericus cũ .c. seq xii. q. i. Math. c. v

.c. sacerdotes di stin. xciii Hyere. c .i.

De incessu sermone & oculo. Cap. II.

.c. vltimo dist. xli.

CVm igitur corporis incōpositio mentis qualitatem indicet, Monemus imprimis omnes, ut incessu honestatē exibeant, ut grauitate itineris, mentis maturitatem ostendant, pudorē omnium uirtutum custodē, & uerecundā mentē habitu incessuq; præ se ferāt: In uerbo sint modesti, non obtrectatores, non effrenis linguæ, uerborū obscænitatem non minus quam operum execrē tur: cum sæpe ex qualitate sermonis, qualis quis sit, facile dignoscatur, & non lōge sit a facto, qui delectatur in uerbo, nō dissolutus risus, nō indecens oculorum uagatio notetur in eis, cū impudicus oculus, impudici cordis sit nuncius, sed mētis oculum purum habeant, corporis oculum pudicum, administrationis oculum prouidum.

c. us igit dist. xxiii.

c. nec solo xxxii. q. v.

De honestate clericorū & cōuersatione. Cap. III.

.c. laici. ii. q. vii.

.c. his igitur distin. xxiii.

COnquerendi occasionem nō haberēt clerici, q; illis a laycis debitus honor non deferatur, Et q; laycos in omnibus sibi oppido infestos experiātur, si ipsi onus humeris suis impositū pōderantes, re ipsa quod sibi a saluatore nostro dictū est exequerentur, uel saltem exequi conarentur. Hortamur igitur & monemus clericos omnes iuriditioni nostræ suppositos, ut memores se quasi ad sagittam signi positos, in primis eos quibus

præsunt, bono exemplo pascere studeant: uitæ suæ bonus odor, ad bene beateq; uiuendum cæteros iuitet: quod quidẽ futurũ facile speramus, si quæ per ipsos facienda uitãdáue, adiuuãte deo monuimus, & monebimus: ipsi eodem adiuuante facere, uitareue studuerint. .c. clericus .xii. q. i.

De tonsura deferenda. Cap. IIII.

QVunq; eo deuentũ sit hodie, ut plerosq; pudeat tonsuram & coronam decentem ferre, per quã regnum quod in deo habere debent, designatur, Statuimus & monemus omnes & singulos: Ecclesiarũ nostrarũ ciuitatis & diocæsis Syracusanæ clericos, & ecclesiasticas quascunq; personas, quocũq; nomine aut dignitate censeãtur: ut tonsuram & coronam, seu clericam ordini suo congruentem, continue deferant abrasam & uisibilem: Et qui in presentiarum non habent, statim resumant, & deferant ut supra. c. clerici II xii. de vit. & honest. cleri.

De Habitu congruente portando. Cap. V.

QVanq; clericalis synceritas & modestia Ecclesiastica nõ minus ex honesto habitu, q̃ ex honestis moribus ostẽditur: & talis quis eẽ p̃sumitur qualis ex habitu ĩdicatur: cõplures tñ clerici hoc non aduertentes, etiam in sacerdotio constituti, tam curati, q̃ non curati, relecta honestate dissolutos habitus, suoq; statui deformes, etiam in Ecclesiis & publicis cõuẽtibus deferre nõ uerẽtur. Cle. si. §. dignitate de vit. & hon. cler. & .c. fi. ... distin. ... toc. d...

xxi.q.iiii per tot. .c. i. & .c. par simoniam.xli. distin. .c. clerici ii.ii.de vi. & hone. clcri. .c. clerici disti.xxiii

Sunt & alii, qui tam uilibus utuntur uestimentis ut potius operarum locatores, q̃ missarum celebratores uideantur: quunq; pariter & affectatæ sordes, & exquisitæ delitiæ damnentur. Nos circa præmissa prouidere, salutiq; subditorum consulere cupientes. Omnibus & singulis iurisdictionis nostræ clericis, ne per dissolutarum & indecẽtium uestium delationem Sacerdotis dignitas uilescat. Præcipimus & mandamus, ut post hac habitus & biretum suo statui decentes, & cõgruentes deferant: Vestes ergo superiores gestent talares, nimia longitudine uel breuitate non notandas: ita ut nimia amplitudine superfluæ aut plus æquo constrictæ non sint. Vestes autem inferiores (quas subtanas uocant) ita honestas, ut gradui sacerdotali, ab omnibus congruentes iudicẽtur & sint, non ferant caligas circa genu dissutas quas coxalia appellant: ita ut caro inspici possit, uestes quoq; ipsas non habeant ex coloribus a sacris canonibus prohibitis, nec soleas similiter uel crepidulas ex uelluto, uel serico coopertas: nec aliter incisas. A uiridi colore, & sericis uestibus abstineant. liceat autem doctoribus, atq; aliis in dignitate constitutis, honestas & longas uestes cendato & roseo etiã colore tinctas deferre, eos tamen hortamur: ut eas habere uelint, in quibus clericalis ordinis honestas & modestia, nõ faustus

iactantia, uel elationis uitium depræhēdatur, nē merito uanitatis & ambitionis nota possint in uri. Anulos quoq; in digitis non deferant: nisi forte huiusmodi sint, quibus id ad suarū dignitatum decorem ex sacrorum canonum dispositione permittitur.

.c. cleri- ci. li. de ui- ta & hon. cler. fa. de etiam pro- sequend

De Cammisiis. Cap. VI.

CAmmisias insuper lineas i usu habeāt, circā collum & manus uel brachia, ex serico nō laboratas, lasciuorū more: Sed solū simplices, cū suis collariis honestis, non pendentibus.

De pœnis contra non obseruantes prædicta. Cap. VII.

QVicunq; autē in præmissis, uel aliquo præmissorum defecerint, ultra pœnam pro nostro, aut uicarii nostri arbitrio īponendā pœnā carceris eo ipso incurrant: Inibi quoad nobis li buerit permansuri, iuxta qualitatem personæ & excessus.

.c. de cau- sis de of- fi. deleg.

DeBarba clericorum. Cap. VIII.

ET si deberent sacerdotes barbas radere, &

c. clericus cũ duob9 seq. de ui. & hon. cle.

In conspectu altissimi interi is & exterius mundi apparere: Volumus tamen, & præsenti cõstitutione mandamus, ut omnes & singuli clerici ciuitatis & dioecesis nostræ, cuiuscunq; gradus, dignitatis, aut conditionis existant: si noluerint barbas radere (quod omnino facere deberent) nullo modo deferant barbas promissas more laycorũ: Sed ita honeste, ac modeste barbas suas accommodent, & præcipue circa labia pilos succidant, ne Christi corpus attingant, eiusq; sanguine imbibantur, ut in altaris ministerio (sicut decet dei ministros) Altissimo ualeant famulari. Si quis autem huic nostræ ordinationi cõtrauenerit, iuxta qualitatem inobedientiæ per nos aut Vicariũ nostrum, grauiter punietur.

## De prohibita cohabitatione clericorum & mulierum. Cap. IX.

c. Inter di. xi. xxxii. dist. & c cum omnibus. & sin.

c i. de coha. cler.

CVm a planta pedis usq; ad uerticem, non sit locus in mulieribus, in quo non sit paratus laqueus, ad illaqueandum oculos hominum, Ideo sacrorum canonũ dispositionibus inhærentes, Prohibemus, q nullus clericus, siue in minoribus, siue in sacris ordinibus, uel in aliqua dignitate sit constitutus, fœminam aliquam suspectam ad habitandum secum in domibus suis ad

mittere audeat: seu secum quomodolibet coha bitare permittat, sine expressa licentia a nobis, seu Vicario nostro in scriptis obtenta (quæ gra/ tis concedetur) sub poena unciarum decem, quo tiens contra fecerit incurrenda. Proinde omnes cuiuscunque generis clericos (si qui sunt côcubina rii) Monemus: ut côcubinas ipsas expellant, & cum illis amplius commercium non habeant. Nam qui (suadente diabolo) post trium dierũ terminum, præfatas concubinas publice detine re præsumpserint: Tamdiu in carceribus ad no stram uel Vicarii nostri instantiam maneant, quã diu, nobis uisum fuerit, a quibus liberari non possint, nisi prius unciis decem solutis: quæ di/ uidantur secundum prouisionem nostram, de pœnis diuidendis: concubinæ uero ipsæ, pœna fustigationis, aut ducatorum decem punientur: Iuxta qualitatem personæ, criminis, consuetudi/ nis, & mandatorum nostrorum contemptum.

& mult. & tot. tit

c. erubescant dist. xxxii c. si sunt presbyteri cũ suol. us se pu. lxxxi. distĩ.

De Armis non portandis. Cap. X.

SAcrorum canonum institutis, militaria Ar/ ma clericis sumere prohibitum est, quia non possunt simul & Deo & sæculo militare, ex quo clericis militantibus Deo, suis propriis armis, quæ sunt orationes & lachrymæ militare pcipitur: qui bus sane armis promeretur Deus, Talibus enim

c. reprehensibile &. c. côuenior. xxiii. q. viii.

Exo.c. x vii.

cũ Deo pugnãte Mose, populus suus uincebat: Talibus Theodosius Imperator senior, miraculo se uictoriam contra Eugeniũ, & Arbogastem, obtinuit. Sanctorum igitur patrũ uestigiis inhærentes, Statuimus ꝙ quicũq; clericus (quacũq; ẽ: Ecclesiastica dignitate præfulgeat) Arma tã offensibilia q̃ defensibilia portauerit, nisi extra ciuitatem cõtingerit eũ ire, aut alia subsistente necessaria causa, de nostri aut uicari nostri licẽtia illa deferret: Arma perdat, & officialibus capientibus acquirantur, & pro prima uice si de nocte inuẽtus fuerit, etiam per officiales tẽporales, quos in hoc actu dũtaxat, nostros creamus, & deputamus officiales, capi uolumus & ad carceres Episcopatus, aut sæcularũ nomine nostro incarcerari, & pecuniariã pœnã incurrat nostro aut uicarii nostri arbitrio imponendam. Secunda uero uice, per quoscunq; etiam sæculares ciuitatis & diocæsis officiales possit capi quibus (ut supra) nostrã impartimur auctoritatem, siue in habitu clericali fuerit, siue nõ, Ita ꝙ captus ad carceres Episcopatus, uel secularium, noĩe nostro (ut supra) duci debeat: nec inde relaxetur, nisi per eum pœna, nostro uel uicarii nostri arbitrio imponẽda integre soluta fuerit: & in carceribus per duos menses cõtinuos & integros permanserit: præcipiendo sub pœna excomunicationis latæ sententiæ tẽporalibus officia-

ic. ii. de uit. & hone. cler. c. clerici cũ seq. xxiii. q. viii. c. i. de uit. & hone. cle. lib. vi.

libus, & etiam nostris, q̃ nullo modo, aut quouis quæsito colore a dictis clericis inuentis, & captis cũ armis, aliquid possint extorquere, & illos clã relaxare, uel eis licentiam arma portandi dare ali quo munere mediante, etiam gratis dato: Excipi mus tamẽ nostros officiales, quos tam de iure q̃ de antiqua consuetudine nostri Episcopatus, pro exequutione iusticiæ, arma deferre permittimus & tolleramus.

## De non eundo de nocte. Cap. XI.

SAne cum suspecti temporis rõne, maior deli cti p̃sumptio insurgat, qui .n. male agit, odit lucem: Nullus cuiuscũq; status, gradus dignitatis uel conditionis existat audeat per ciuitatẽ, ẽt sine armis, post duas horas noctis uagari, sine aliqua necessitate Alioquin, qui sic repertus fuerit, pœ/ næ arbitrio nostro, aut uicarii nostri imponendæ subiacebit. c. iii. Ioannis.

## De nõ eũdo cũ instrumẽtis musicis. Cap. XII.

ET q̃m clerici media nocte ad cõfitẽdũ Deo surgere, & septies in die laudẽ dicere debent, Psal. 118. & quod Deo psallendo promittunt, una cũ pro/ pheta ĩ iustificatiõibus tuis meditabor nõ obliui

Arg. cap. præsbyteri disti.34. ſcar ſermones tuos, et reipſa præſtare ſi cõtingat, mala malis addentes, & de nocte eũtes, et turpes amatorias, aut laſciuas cantilenas (quas matinatas, ſeu ſerenatas, aut alias quolibet appellãt) depromere ſeu cãtãtibus fauere, uel adeſſe, ſiue cũ armis, ſiue ſine armis reperti fuerint. Vltra pecuniariã pœnã, pro noſtro aut Vicarii noſtri arbitrio imponendam carceri et per menſem mancipentur.

De non exponendo ſe ſpectaculis & choreis. Cap. XIII.

cap. clerici de uit. & hon. cle. SIquis uero ſui gradus, ordinis & profeſſionis imemor factus, choreis publicis, haſtiludiis, tripudiis, aut ſaltationibus, aut ſpectaculis publicis, atq; aliis eiuſmodi, ſeſe immiſcuerit, aut in choreis cũ mulieribus cuiuſcũq; qualitatis, uel condi- c. clericum ſcurilem xlvi. diſti. tionis ſaltauerit, uel chorizauerit, et in amicorũ nuptiis (cũ obſcœni corporis motus, impudicæ c. præsbyterum 34 diſti. & c. non oportet de con ſe. diſti. v. mentis indicent ueſtigia) ſi in ſacris fuerit, in decẽ ducatos cõdẽnamus: Si uero non fuerit in ſacris, in ducatos quinq;, grauiori pœnæ et ſubiiciẽdum, ſi quod inde ſcandalũ ſequutum fuerit.

Quod clerici mercatores non ſint nec artẽ prohibitam exerceant. Cap. XIIII.

c. negotiatorem 88 diſti. & c. ei. diſt. in SAcrarũ literarũ traditũ eſt monumẽtis, nemo militãs Deo ſæcularibus ſe implicet negotiis, & clericus negotiator ſicut peſtis eſt fugiẽdus: Statuimus igitur, & diſtricte mãdamus oibus & ſin-

guiis clericis ciuitatis & diocæsis nostræ Syracusanæ, cuiuscūq; dignitatis, gradus aut conditionis existant, ut uocationis suæ memores, nullius generis mercaturā exerceāt, cōtractus nō ineāt, nō emant, nō uendāt, nō permutent mercaturā exercēdo, his .n. rebus intenti, mēdatiis rixis, clamoribus oīa fora replent, raro missas, rarius officiū celebrant, dei cultū paruifaciūt, horū oratio, & supplicatio a Deo aurū quærit, horū mēs cupiditatis uinculis astricta, semper aurū, semper argentū uidet, semper redditus cōputat; gratius aurum q̃ solem intuetur. Tabernatii quoq;, coriarii, macellarii, & alia hmōi exercitia, cæterasq; artes per sacros canones prohibitas, illis oīo interdicimus, uēdere aūt uinū āphoris aut paruis uasis, ita demū prohibemus, si ipsi emerint, lō ut sic uēdāt, Alias ita uendere q̃ propriis, aut ecclesiæ agris collegerunt, nullatenus prohiberi decernimus, nisi ex tali uenditione, sequeretur scandalum, aut occasio maledicēdi in populo. Cōtrafaciētes uero, pœnā unciarū decem incurrant & carceris arbitrio nostro infligendam, iuxta consuetudinem delinquendi & criminis qualitatem.

c. secundū institutã ne cleri. uel mon. & c. peruenit. 86. dist. & c. canonū. xiiii. q. 4

c. tacuit. gr. dist. v. Diaz. ... Annot. ... se ... vide ... qui declarat ... [illegible]

¶ Quod Clerici aduocati uel procuratores in iudicio sæculari non sint nisi pro causis in capitulo exceptis. Cap. XV.

IVdiciorū strepitus clericorū statui, satis superq; dissimilis & icōueniēs appāet, & pcipue clericis

c.sed nec, ne cleri. vel mo na.

sacris initiatis ordinibus: Ea propter ut i seculari & ecclesiastico cōparendi iudicio, eis subtrahatur occasio, Statuimus & districte mandamus, omnibus & singulis clericis ciuitatis & diocæsis nostræ Syracusanæ cuiuscūq; dignitatis, gradus, aut cōditionis existant, sub pœna unciarū quatuor quoties cōtrauenerint in ciuili, & unciarū otto in criminali, ut aduocati uel procuratoris officio minime fungantur: nisi pro suo proprio facto, aut Ecclesiarū suarū, aut pro piis locis, & miserabilibus personis, aut in causis ecclesiasticis per sacros canones nō prohibitis, Nec ēt laycorū negotiorū gestores sint, nō sæculariū rerū sint firmarii, aut cōductores, sub pœna arbitrio nostro reseruata.

c.I.& ulti mo de po stu.

.c. decre uit. disti. lxxxviii

Quod in curia sæculari clerici non deponant regulariter. Cap. XVI.

Clericis i curia sæculari ne dū in criminali, sed ēt in ciuili cā, testificandi facultatē adimimus, absq; nostra, aut uicarii nostri gñalis licentia, sub duorū mensiū carceris pœna, & alia arbitraria, si qualitas depōnis exegerit, Cōcedimus tñ uicariis foraneis ptātē, dādi licentiā clericis, q deponere possint in causis ciuilibus, si ueritas aliter sciri nō possit, & causæ magni momenti uel quantitatis non fuerint.

c. testimo niū. xi. q. .I. c. ulti. & iiii. q ii. .c. perue nit de te sti. co g.

Ne officiales layci capiant clericos sine nostra licētia aut uicarii nostri. Cap. XVII.

Prohibemus

PRohibemus sub interminatione maledictio-nis æternæ officialibus laycis, ut nullum clericum capere audeant, uel detinere sine expressa nostra, aut uicarii nostri licentia: nisi in casibus quibus de iure cõmuni, siue per has nostras constitutiones id permittitur, & tunc si fuerit de nocte, præsentetur captus alicui honesto sacerdoti qui si pro capto fideiubere uoluerit, de præsentando illum nobis mane sequenti, tunc accepta fideiussione dimittatur: alias reseruetur, donec fuerit nobis præsentatus in mane, & significetur nobis in mane inmediate sequenti sub excomunicationis pœna, si uero de die fuerit captus, tunc illico in Episcopalem curiam quãto honestius fieri poterit, nobis præsentandus ducatur. .c. nuper de sente. exco. .c. nullus de for. cõpe.

## ❡ DE CELEBRATIONE DIVI-uorum. Tit. II

### De reuerentia exhibenda quando intrãt clerici in Ecclesiam ad diuinum officium Cap. I.

QVemadmodum sæculi milites audito tubæ clangore, arma sumentes, omni excluso torpore ac ignauia, se ad prælium preparant, ut corruptibilem coronam accipiant, longe maiore

c.i. de. of fi. custo. diligentia ac sollicitudine clerici omnes nostræ cathedralis Ecclesiæ, & aliarum ecclesiarum nostræ diocæsis qui i ipsis Ecclesiis residere, & diuinis interesse tenentur, ut incorruptam accipiant, dato campanæ horis cõpetentibus signo, se se addeo psallendum purgatis auribus præparare debēt, Et omnes superpellicils suis, siue coctis mūdis induti honeste, & aliqua cum deuotione chorū intrent, reuerentiam profunde in medio chori altari magno facientes, singuli ad loca sua accessuri sine strepitu atq; tumultu, in quibus genuflexi orationem dominicam dicant, surgentes postea ad ea quæ sibi incūbunt exequendum, Et siquis eo tempore non cōuenisset qui tardi fuerint, modo prædicto super pelliciis induti chorū ut præfertur intrent, & ad loca sua accedant.

c. presbiter. xci. distin.; c. .i. de cele. miss.; .c. nullus cum glo. xxi. .q.iiii

## Qua reuerentia stare debent in choro. Cap.II.

HOrtamur autem omnes, ut cū in choro fuerint nominis professionisq; suæ memores, grauitatem illam feruent, quam locus & officium & uenerabilis sacramenti præsentia exposcūt, nō cum aliis (etiam de honestis) confabulantes, seu colloquentes, non literas, seu scripturas alias tūc legentes, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, Ita eorum in circuitu mēsæ domini aūā

cle. t. de cele. miss. psal. cxxii

tium oculi, semper cũ timore & tremore ad præcelsum & super omnia præciosun sacramentũ ibi supra altare magnum existens, in eo congaudendo lachrymãtes, & lachrymando deuote gaudentes, gustantes, & uidentes quam suauis est dominus, inuigilent & studeant, ut diuinum officium, qua decet deuotione, celebretur, non cursim, aut festinanter, sed trattim cũ pausa decenti, præsertim in medio cuiuslibet uersiculi psalmorum, debitam faciendo inter solenne & feriale officium differentiam. .c. dolentes de cele. miss.

De gestando superpellicio siue cotta. Cap. III.

Cum clericus primo instituatur per cottæ impositionem, nullus clericus cuiuscunq; ordinis, uel gradus existat, qui ex debito obligatus est, aut aduocatus fuerit ad interessendũ diuinis, & celebrandum illa, siue in funeralibus, siue in festiuis tam in sancta congregatione cleri Syracusani, q̃ in aliis Ecclesiis, debeat illis interesse, aut illa celebrare sine cotta, ne forte uideatur laycus diuina officia in Ecclesia ministrare, cõtrarium autem attentãs, arbitrio nostro, aut uicariorum nostrorum punietur, Si uero aliquis suæ professionis immemor illã deferat nõ indutã sed super pallio, aut se cum illa inuoluat perdat eã. xxi. q. iiii per tot. & glo super uerbo sto- lis i.c. nullus ea. ca. &. q.

## De præsidentia in choro, & obedientia maiori præstanda. Cap. IIII

Arg. c. p lectis .§. ad primicerium.xxv distin.

VBi ordo deest, ibi confusio non deficit. Statuimus igitur & ordinamus, ut qui inuētus fuerit maior in choro, seruato ordine dignitatis officii, gradus, & antiquitatis præsideat: cui cæteri ibi existentes obedire teneantur, si quis uero inobediens, uel transgressor fuerit, ab eo qui præsidens extiterit corrigatur, & si opus fuerit a choro expellatur, uel a diuinis suspendatur, aut carceri mancipetur, secundum qualitatem inobedientiæ uel contemptus. Nisi qualitas delicti nostram requirat consultationem.

c. quanq̃ circa fin. dist.xxiii.

c. a subdiacono dist.xciii.

## De pœna non seruientium. Cap. V.

prima Corint.ix.

SIcut non est alligandum os boui trituranti, sic non trituranti est alligādum: quia uero nō nulli ex clericis cathedralis Ecclesiæ nostræ obligati sunt horis canonicis diurnis & nocturnis: Aliqui uero non omnibus, sed secundum dispositionem Dignitatum, Officiorum, uel emolumētorum. Præcipimus & mandamus, ut quicunq; astrictus est horis canonicis, & officiis diurnis, & nocturnis ratione dignitatis, Cappellaniæ, Sacristaniæ, aut ratione domorū Episcopalis mensę

per eum

per eum possessarum, aut alias quomodolibet illis semper interesse debeat, secundum qualitatē suæ obligationis, Qui uero non interfuerit, pro qualibet uice pœnam soluendi granos quinq; incurrat, Assueti uero arbitrio nostro uel Vicarii nostri priuabuntur, idem obseruari uolumus in aliis Ecclesiis diocæsis nostræ.

## ❡ Quod cantetur missa Dominicis & solennibus diebus. Cap. VI.

Sicut qui seruit altari, de altare uiuere debet, sic qui uiuit de altare, altari seruire debet, Propterea statuimus, q in maioribus Ecclesiis totius diocæsis nostræ & in aliis in quibus est consuetudo, saltem una missa cantetur Dominicis diebus & aliis solennibus, si uero cappellani singularum Ecclesiarum non essent per se sufficiētes ad cantandum in choro, & ministrandum in altari, uolumus & ordinamus ut sacerdotes aliarum Ecclesiarum adiuuent se ad inuicem, & recusantes, per Vicarios locorum compellantur. Et si adhuc compulsi, cæteros iuuare noluerint, pœnam incurrant unciæ unius, uel carceris per mēsem, in ecclesiis autem ubi plures missæ consueuerunt cantari, per præsentem nostram cōstitutionem nihil derogare intendimus, sed uolumus

Prima co nat. ix.

Argu. c. si quis cūm & c. & hoc cum glo. de conse. dist. i.

consuetudinē seruari, eamq; in suo statu perma-
nere.

De diuino officio deuote persoluendo.
Cap. VII.

CVm in hac uita mortali nihil sit, quo possi-
mus Deo familiarius iungi, q̄ in laudi-
bus ipsius, quæ potissimum Psalmis, continētur,
Iccirco monemus, & hortamur sacerdotes, Tam
curatos, q̄ nō curatos, & clericos omnes, tam sa-
cri ordinis, q̄ beneficii ratione ad dicendum offi
cium astrictos, nobis subditos, ut singulis diebus
horis competētibus iuxta possibilitatem diuinū
officium diurnum pariter & nocturnum quantū
eis dederit dominus, studiose celebrent, & deuo
te persoluant. Cum alias orationem illam nō au
diat Deus cui ille qui orat, non attendit, & iuxta
illud quod scriptum est, Ante orationem præpa
ra animam tuam ne sis quasi qui temptat Deum.

vi. que no tantur in .i. & .ii. c. eo. tit.

Ecclesia. cap. xviii.

Contra uero non dicentes officium, uide
Cap. XV. Titulo de pœnis.

De musicis sonis, & cantibus in celebratio-
ne diuinorum. Cap. VIII.

CVm in diuinæ laudis officiis modesta psallē-
tiū grauitas placita mod[illegible] decātare de

beat, nam in ore eorum dulcis resonat sonus, in ecclesiis autem musici cantus prætextu non sunt audiendæ cantilenæ lasciuæ, ne dum blanda uox quæritur congrua uita negligatur, curent igitur sacerdotes & clerici sic suos cantus instituere, ut modesta honestaque psallendi grauitate, placidaque & grata modulatione sic audientium aures deliniant, ut prouocent, excitentque ad deuotionem, compunctionemque non lasciuã, cordisque, aut, animi titillationem, Si quis autem contra fecerit, suspensionis ab officio pœnam per octo dies incurrat iuxta formam extrauagantis Ioannis Papæ .xxii. in titulo de uita & honestate clericorum. c. cantãtes cum se p dist. xcii.

## De non ambulando per Ecclesias durãte diuino officio. Cap. IX.

CVm a Domino dictum sit, Domus mea domus orationis uocabitur deceatque domũ domini sanctitudo, ut cuius in pace factus est locus, eius auditus sit cũ debita ueneratione pacificus, & propterea in Ecclesia cessare debeant confabulationes quælibet quæ diuinum possent turbare officium, aut oculos diuinæ Maiestatis offendere, ne ubi peccatorum est uenia postulãda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendatur peccata committi, Omnes & singulas personas, tam laycas, quam Ecclesiasticas monemus sub pœna Matth. c. xxi. cap. decet domum dei de immu. [illegible] vi.

excomunicationis quatenus post harum consti/ tutionum publicationem non debeant, aut quo uis modo præsumant, uel audeant, per Ecclesiam cathedralem Syracusanam & alias Ecclesias spa/ ciari aut uagari seu spaciando, aut uagando am/ bulare durantibus missis, aut aliis diuinis officiis aut prædicationibus, seu lectionibus. Idem præ cipimus sub eadē pœna in omnibus Ecclesiis no/ stræ diocæsis obseruari.

Qua reuerentia quisq; debeat in Ecclesia au/ dire diuina, & a quibus sit abstinendum.
Capitulum. X.

Math. c. xxi.

QVoniam Ecclesia locus sanctus est, & tantum ad Deum orandum deputatus, dicente do/ mino Domus mea domus orationis uocabitur quod sæculares non attendentes pro nihilo ha/ bent, Templum domini prophanare in honesta & mundana tractātes, ac diuina sine reuerentia, & cordis compunctione audientes, Idcirco hor tamur omnes & singulos, maxime laycos curæ nostræ pastorali commissos ut in ecclesiis, tempo re diuinorum præcipue cum debita reuerētia ma neant, non autem extra ostia, modo hanc mulie rem, modo illam uexantes. Itemq; non maneant ad pilas aquæ sanctæ, aut adhæreant fonti bap/ tismali

c. quando autem sta mus de cō se. disti. i.

xxiiii. q. i. c. odi & p feci.

tismali aut sacris altaribus super illis se appodian/tes, contra quos in sacris literis inuenitur, quisquis externorum accesserit, occidetur. Itemq; nō deambulent seu spacientur per Ecclesias tempore diuinorum sub pœna excomunicationis. Horta/mur insuper, & mādamus, ut omnes Ecclesiarum rectores oculos habeant, ne quid inhonestum in Ecclesia, præcipue tempore diuinorum perpetre/tur, aut aliquod scandalum oriatur. Quare cupi/mus, ꝙ in Ecclesiis, maxime cum prædicatur uerbum Dei, masculi sint separati a mulieribus, ubi commode, id fieri poterit. Nume.c.i.cir.fi.

## De non ducendis infidelibus ad diui/na officia. Cap. XI.

CVm experimento sit comprobatum ꝙ non nulli uiri, uel fœminæ habentes in domibus suis seruos, uel ancillas, infideles, turcas, aut aga/renas, uel cuiuscunq; infidelis sectæ, uadunt ad Ecclesias, ad audiendum missarum solennia intro/ducuntq; secum in easdem Ecclesias dictos infi/deles qui cum eleuatur sanctissimum Eucharistiæ sacramentum derident illud, & illudunt christia/nis, uocātes illos idolatras, uti adorantes panem & uinum, non intelligentes, ꝙ sub illis speciebus .c. cleros cir. fi. xxi disti. c. non li/cet cleri/cis. i. q. i.

ſit Chriſtus Dominus noſter Ieſus , uerus Deus & homo , propterea ad euitandum hoc facinus. Statuimus & ordinamus ,exortamur q; omnes & ſingulos Chriſtianos noſtræ diocæſis,ne talia fieri permittant nec cõſentiant,dictos infideles cuiuſcunq; ſectæ ſint , ab eis introduci in Eccleſias uel oratoria dum miſſarum ſolennia publicæ uel priuatim celebrantur. Caueant quidem ſi cõtrarium fecerint:ne incidant in indignationem Dei omnipotentis peccatum committentes,cum etiã id ſacri canones prohibeant:Aduertant etiam rectores ſeu Archipræsbyteri Eccleſiarum : ut talia fieri prohibeant expellentes etiam dictos infideles ab eccleſiis : dicto tempore inuocato ſi opus fuerit:adhoc:brachio ſæculari: pro Dei:ſanctiſſimiq; ſacramenti reuerentia:nisi forte dicti infideles uellent audire prædicationem uerbi diuini: quia tunc poſſent in dictis Eccleſiis ſtare uſq; ad miſſam Cathecuminorum .i. uſq; quo incipiatur per omnia ſæcula ſæculorum.

c. Episcopus nullũ de conſe. diſtin.i.

☞ Quod Eccleſiæ debito tempore aperiantur & claudantur. Cap. XII.

CVm in domo Dei ſeu oratorio, præter orandi & pſallendi cultũ,nihil penitus agere liceat, ut nomini huic,& opera iugiter impenſa concordent & ad euitandum tam furta , & ſacrilegia q; lenocinia quæ interdum quibuſdam extrauagã-

tibus horis per improbas personas inibi ausu temerario ac sacri loci posthabita reuerentia committi & perpetrari solent, Ordinamus, quod nō obstante aliqua in cōtrarium corruptela, Ecclesiarū rectores siue custodes ecclesiarum suarum, ostia diuinis peractis officiis debito & congruo tēpore claudant, & aperiant, nisi Ecclesiæ illæ talis fuerint deuotionis quod singulis horis diei uisitaretur, uel pro sacramentorum administratione semper esset ad eas personarum concursus, Rurales uero & campestres Ecclesiæ similiter celebratis diuinis officiis omnino claudātur, super quarū tamē ostiis, ut hominū deuotioni satisfiat, fenestrellæ cū suis crucibus ferreis fieri poterunt, Si quæ uero fuerint Ecclesiæ, quæ dies noctesque apertæ maneant. Id nobis imprimis intimare procurēt, ut idonee prouidere ualeamus & interim nullus in illis celebrare præsumat.

c. plectis §. ad ostia rium. xxv dist. & c. ostiarius. xxiii. dist.

Quod in Ecclesiis monialiū sub prætextu celebrādi, cōmercia nō habeātur. Cap. XIII.

CVm in Ecclesiis sororum seu monialiū missæ uel alia diuina officia celebranda erūt, siue in ecclesiarum ipsarum festis, siue aliis ferialibus diebus, sub prætextu uoti alicuius, uel alterius deuotionis, cupientes, scandala, & uexationes, ac plurimorū maiorū occasiones, a dictis locis xpi sponsarū arcere Mādamus, & sub pœna excoīcationis

c. monasterii de vit. & hone. cler. c. sciendū est. xxvii. q. 1.

præcipimus, ut omnes missarum & aliorum diuinorũ celebrationibus peractis, sine aliquo colloquio habito cũ aliqua ex monialibus, sine tumultu, & strepitu ad propria domicilia reuertantur. Excipientes ab hac nostra constitutione cõfessores & cappellanos ordinarios quibus tanq̃ per nos electis & ad id opus deputatis, incumbit secũdum exigentiam sua officia exercere.

## Ut pulsetur campana in eleuatione corporis Christi; & qua deuotione stare debeat populus dũ eleuatur hostia. Cap. XIIII.

Volumusq; q̃ de cætero curati oẽs & Ecclesiarum Rectores per ciuitatem, & diocæsim nostram morem istum introducãt, ut quoties eleuatur corpus & sanguis Domini Iesu Christi in maiori missa pulsentur cãpanæ de cãpanili, datis primũ aliquibus signis, cũ dicitur sanctus, & populus admoneatur, q̃ qui feriatis diebus ad missam nõ possunt conuenire, saltem cum cãpanas pulsari audierint, qui uel in campis laborant aut per uiam reperiuntur, debeãt genibus flexis adorare, & in Deum cor erigere; & cogitare q̃ ab eo, suo præcioso sanguine redempti sunt, & ab ipso manutenentur & aluntur; & propterea de tantis beneficiis gratias agant, sic faciant etiam, qui

domi aut propter infirmitatem, aut alia, ex necesſaria, aut probabili cauſa, miſſarum tempore detenti, miſsis in Eccleſiis intereſſe non potuerint. Similiter curati, & Eccleſiarum rectores frequenter doceãt plebes ſuas, ut qui in Eccleſiis fuerint, cum in celebratione miſſarum eleuatur hoſtia ſalutaris reuerenter ſe inclinent, quibus ſic facientibus, quadraginta ſimiliter dies, de iniunctis pœnitentiis in Domino concedimus.

## De proceſſionibus deuote faciendis. Cap. XV.

PRæcipimus eiſdem rectoribus Eccleſiarum, ac eorum loca tenẽtibus, ut parrochianos ſuos moneant, ut iuxta ſacrorum canonum inſtituta in proceſsionibus rogationum quæ fiunt tribus diebus ante Dominicam aſcenſionem & dicũtur minores letaniæ, & in feſto ſancti Marci Euangeliſtæ, quæ ſunt maiores letaniæ, deuote aſſiſtant, fiunt enim ad placandã iram omnipotentis Dei quã meremur propter peccata noſtra, ne ſcilicet nos puniat, ſicut ſæpe ſæpius iam puniuit nõnullos peccatores. Sed propter infinitam miſericordiam ſuam indulgeat nobis uniuerſa delicta noſtra, ac defẽdat cuſtodiat, ac protegat oẽs uineas, & agros, ac fructus noſtros ab omnibus infeſta-

c. rogationes de cõſe. diſtin. .iii.

tionibus demonum, incantatorum, maleficiis, & læsionibus tempestatum. Quia uero cõmune uotum cõmunis sequi debet oratio pcipimus omnibus præsbyteris nobis subditis, & aliis sacris ordinibus initiatis, ut omni cessante excusatione, in huiusmodi processionibus, cum suis superpelliciis deuote & cum suis curatis, aut Vicariis continue assistant, & cõpareant, Item religiosos iuxta approbatam consuetudinem hortamur, ad ueniendum personaliter cum suis crucibus ad istas processiones, & comitandum curatos seu parrochianos locorum, & cantandum in itinere Letanias, Psalmos, & Hymnos.

## DE CELEB. MISS. TIT. IIII.

☞ Vt Missa deuote celebretur, & Præuideatur. Cap. I.

NOnnullorum clericorũ abusus constitutioni huic causam dedit, qui tãta in deuotione missas celebrant, ut accedentes ad altare simiarũ ioculatorũq; speciẽ potius præferre uideantur, non considerãtes præsbyterum, qui in altaris ministerio celebrat ne minimũ quidem motũ facere, in quo profũdũ nõ lateat mysteriũ, ad hoc missam, Ita ex abrupto & impræmeditate & quasi certatim auspicantur, ut tũ irreuerentia, tũ erroribus quos impræuisa legendo cõmittunt, populo diu

na mysteria contēptibilia reddant, sintq; magno deuotis mentibus scandalo. Idcirco ad talē col-lendum abusum in uirtute sanctæ obediētiæ, omnibus ciuitatis & diocæsis nostræ sacerdotibus p̄cipimus, ut celebraturi Missam, prius priuate per legant, & percurrant, ut de his de quibus, aut in constructione, aut prolatione dubitant, peritiores consulendi copiam habeant, suisq; annotent signis, priusq; ad altare accedant, ad quod, post quā accesserint, non prius confessionem incipiāt q̄ ad illud genua deuote flexerint: postea uero, ea qua decet reuerentia, a principio usq; ad finem sacra mysteria peragāt, Lectiones, Epistolas, Euangelia, & specialiter secreta, & præcipue consecrationis uerba integre, & distinctæ dicendo, gratias Deo agentes, quod eis liceat dum celebrant Christum uidere, in orationibus alloqui, loquentem in Euangelio audire, dū leuant & species frangunt tangere, dum adorant osculari, dū sumunt amplecti, ad quæ omnia ut facilius inuitētur, omnibus missam, ante q̄ accedāt ad altare, ut p̄mitti tur legentibus, & cū præmissa reuerentia celebrātibus, quadraginta dierum remissionem de iniunctis pœnitentiis concedimus.

Argu. ad quia corpus cir. fi. de conse. distin. ii.

c. fin. dist. xxxvii. ✠

❡ Quod celebrantes missas debent confiteri, & quando. Cap. II.

QVoniam sacerdotes illi miseri, qui manibus pollutis, oculis impudicis, ore uenenato, corde impuro nunquam casti, semper incesti ad altare accedunt celebraturi, Christum, iterum quantum in se est crucifigũt, Angelos assistentes offendunt, & de singulari medicina sibi miserabiliter, æternam damnationem acquirunt. Ideo monemus omnes clericos celebrantes, ut singula hebdomada semel saltem sua peccata deuote confiteantur, quod & sæpius unusquisque facere debet, cum septies in die cadat iustus, & quotiescunque se in mortali peccato constitutum senserit, cuius cõscientia læsus, non celebret potius, non habita copia sacerdotis, Nisi forte causa urgens, & necessitas immineat, quæ nisi graui cum scandalo nequeat præteriri, & tunc adsit contritio & propositum confitendi, nõ sacerdotes uero, ter adminus in anno, Temporibus a canone designatis, confiteantur, & Eucharistiam sumant.

.c. quotidie de cõse. distin. ii.

Argu. c. si non sunt de conse. distin. ii.

c. & si nõ frequentius de cõse. dist. ii.

## Pœna non negligentium confiteri. Cap. III.

POrro clericũ celebrantem, qui per sex mẽses, nõ celebrantẽ aũt qui per annũ cõfiteri distulerit, beneficiorũ redditibus per ãnũ, & si biennio a tam salubri sacramẽto abstinuerit, beneficiis priuetur, non beneficiati aũt carceri ad tempus pro

arbitrio nostro, aut Vicarii nostri moderatione mancipentur, in confessionibus autem faciēdis, ut omne prorsus scrupulum, & periculum, propter multorum in eligendis confessoribus inconsiderationem remoueamus, præsenti salutari statuto, concedimus, & indulgemus uniuersis, & singulis sacerdotibus, tam cathedralis ecclesiæ nostræ, q̄ aliarum, etiam per diocæsim nostram licentiam & facultatem, eligendi sibi ex eorum numero, quos nos iam ad id muneris aptos & idoneos approbauimus, quemcunq; confiteri maluerint confessorem etiam nō curatum, quotiescūq; confiteri uoluerint. Non poterunt tamen sic electi confessores, a casibus nobis specialiter reseruatis absoluere, nisi speciali nostra, seu Vicarii nostri licentia petita, & obtenta. hoc insuper addentes, ut clerici omnes in paschate saltē illi præsbytero, in cuius parrochia manent, præsentare se debeant.

Abba. in .c. vt dominicis circa fide pirro & alie parroch.

De abluendis manibus sacerdotum, tam antea q̄ post missam, & de labello & aqua in Sacristia. Cap. IIII.

Lauamini mundi estote, admonet propheta, utq; per munditiam corporis, ad mentis mūditiam inuitemur, nullus ad ministrandum in al-

Esayæ .I. cap.

taris ministerio accedat, nisi prius manus decēter ablueric, quod a nonnullis sordidis intelleximus negligenter omitti, Mandamus propterea, ut in quolibet sacrario adsit labellum cum aqua & manutergio, quod mundum teneatur & sæpius immutetur, laudamus quoq; plurimū institutū illud ut sacerdotes peractis solēnibus ad sæcularia negotia diuertentes ob reuerētiam sacrorum quæ tractauerint, manus similiter abluant, Memores quoq; huiusmodi sacra illotis manibus tractare semper plurimum dedecere.

## De candelis, hostiis, & uino pro missa præparandis. Cap. V

CVm scriptum reperiatur, ignis in altari meo semper ardebit, ut maiore fide, & deuotione, a fidelibus iusticiæ sol, qui est Christus Deus noster cādor lucis æternæ ueneretur, monemus ne quis celebrare audeat, nisi cum duabus candelis accensis, quæ accensæ teneantur, usq; post Ite missa est, & benedicto populo, monemus insuper, ut in sacrario semper sint hostiæ præparatæ, sine quibus sacerdotes ad altaria nō accedant, ne postea cum deuentū fuerit ad offertorium & hostiis deficientibus cogantur cum aliquali populi scandalo, expectare q̄ hostiæ perferantur. Idem dicimus de uino & aqua, q̄ semper suas ampullas præparatas habeat sacerdos, & tam uinū quā

leui. c. vi. e. fi. de celeb. miss. ca. i. & ii. de conse. dist. ii. c. ii de offi. custo.

aquam semper de recenti habeant, cum missam celebrare debuerint.

Quod corporalia in Ecclesiis munda teneantur. Cap. VI.

CVm præexcelsum & uenerabile sacramentū corporis domini nostri Iesu Christi quod fuit in syndone munda inuolutum, debeat in mūdis & nitidis corporalibus confici, & multorū in curia ministrorum sæpe euenit, ut tam inculta & in munda relinquantur, ꝙ interdum quibusdam sint horrori, & nauseā celebranti facile cōmouere possunt, ne igitur in futurū, clericorū in deuota neglig ētia impunita remaneat, statuimus, & districte mādamus, quatenus corporalia & purificatoria pluries infra annum in uase mūdo ad hoc deputato iuxta casus exigentiā mundentur, si quis autem in transgressione hmōi statuti culpabilis fuerit, arbitrio nostro, aut uicariorū foraneorū punietur. Si uero corporalia uel purificatoria maculis ita affecta & aspersa fuerint, ut tergi, & emundari minime possint, Statuimus, quod ulterius illa usui tanti sacramenti nō afferātur, sed cōburantur, & in sacrariū cineres proiiciātur, Mādamus quoq; sub pœna nobis reseruata ꝙ prædicta corporalia calices patenas altaria portatilia & cætera quæcunq; sacra, per manus in sacris constitutorū ea ueneratione qua decet tractētur atq; conseruētur, permittimus tñ ꝙ moniales

c. consulto de consec. dist. i.

c. re'inqui de custo. Euch. i. & facit pro seq.

c. nemo ii. de cōs. distin. i. c. omnis presbiter de conse. distin. iiii.

ualeant corporalia lauare postq̃ fuerint prius abluta per aliquem Sacerdotem.

☞ Vt paramenta sint munda, & lacerata comburantur. Cap. VII.

VT per externi candoris speciem interior sacerdotum munditia denotetur, hortamur & nos, sicut & sapiens hortatur, omni tempore sint uestimenta tua candida, ut sacerdotes omnes superpelliciis, amictibus albis, cingulis, manipulis, stolis, planetis, dalmaticis, seu tunicellis, pluuialibus, & omnibus aliis ad diuinum cultum necessariis uestibus, & paramentis candidis, & mundis & integris, non autem laceratis utantur, si uero ita consumpta, aut lacerata fuerint paramenta quod in alium usum ecclesiasticum mutari & aptari non possint comburentur, & in sacrarium cineres proiiciantur, quia semel Deo dicatum, non est ad humanos usus ulterius transferendum. Caueant autem Ecclesiarum rectores, res ecclesiasticas destruere ut alias conficiant si sint alicuius ualoris, sine nostra, aut Vicarii nostri, siue Vicariorum foraneorum licentia petita & obtenta.

Ecclesiastes .c. ix.

c. II. de cu sto. eucha.

.c. altaris palla de conse. di. II. I.

cap. ligna ea. diuin

☞ Vt missæ celebrentur iuxta obligationem cuiuslibet, & de officiali ad hoc deputando.

Capitulum VIII.

Ne fun-

NE fundatorum beneficiorum intẽtio defraudetur, & Ecclesia debito numero missarum, careat, ac etiam ne missæ ita in confuso & sine ordine celebrentur, Ut populus ad missas audiendas confugiens pio desiderio suo frustetur, Statuimus & ordinamus ut tam in Ecclesia Syracusana, quam in aliis ecclesiis nostræ diocæsis per uicarios deputetur officialis, qui pro uirili curet, quod omnes suas missas, suis statutis diebus & horis, & ad altaria sua celebrent suo ordine, & non permittat, quod sacerdotes celebraturi plures duobus apparati maneant pro uice in sacristia, nec simul exeant ad celebrandum, sed secundum quod ab ipso uocati fuerint, si quis autem obligatus omiserit celebrare pro qualibet uice, incidat in pœnã carleni unius diuidendi uidelicet, granos quattuor officiali ad hoc opus deputato, reliquos granos sex: sacerdoti supplenti uicem in celebrando. Statuimus etiam quod sacerdotes celebraturi in sacristia se uestiant, in Ecclesiis uero sacristia carẽtibus, nisi sint talaribus uestimẽtis amicti, superpelliceo se uestiant, si quis autem huiusmodi nostræ constitutioni contra uenerit, arbitrio nostro, uel Vicariorum puniatur.

Arg. c. si. de offic. Archipsi. & c. i. de offi. custo.

☞ Quod sacerdotes nõ astringantur pro qualibet uncia annui redditus, nisi tantum ad

unam missam in hebdomada.
Cap. IX.

COnsueuerũt fundatores bñficiorũ pro deter minato numero missarũ, Ita tenues taxare dotes, quæ & si tũc oneri forsan correspõdissent, nũc uero minime correspõdẽt grauate ordinariis & extra ordinariis collectis. Attentis igitur in mensis solutionibus & grauaminibus et nouis impositionibus super ecclesiasticis beneficiis & eorũ dotibus. Statuimus, ut pro qualibet uncia ãnui redditus nullus sacerdos astrictus sit, dicere ultra unã missam qualibet hebdomada, Omnis enim qui altari seruit de altare uiuere debet. Declarantes nihilhominus ꝙ siquis habuerit plures ũcias redditus, & obligatus fuerit ad unam missam tantum, nostræ intentionis non est illum ad plures missas obligare.

prima co stiut. ix.

Ne concubinarii permittantur celebrare.
Cap. X.

PRohibemus etiam uniuersis ecclesiarũ rectoribus & eorũ locatenentibus ne permittãt clericos concubinarios, & sacerdotes de cõcubinatu uiolenter suspectos, si qui forte reperiantur in ecclesiis suis ullo pacto celebrare, aut officiare, Ta

.c. nullus c. prer. & c. erubescant di. l. xxxii.

les enim celebrāt in animarum suarū dānationē, & præiudiciū illorum qui faciunt & patiuntur eos celebrare, si quis .n. eos admittere noluerit, saltem de facto, rubore suffusi, ad bene uiuendum compellētur, & fames forte reducet eos ad Deū, sicut prodigū filium. Aduertant tamen sine scādalo hoc facere & secreto, nolentes autē uel non ualentes desistere, sinant celebrare, Et nos interim q̄ citissime certiores faciant. c. rua nos de coha. cler. & mulie.

Quod filii præsbyterorum patri celebranti non inseruiant. Cap. XI.

CVm ualde indecorum sit, & scandalosum ut meretricis filius impudice patri, in paternæ incontinentiæ testimonium in altaris officio ministret, in quo Dei & uirginis unigenitus pro humani generis salute, æterno patri offertur imolatus. Statuimus, sacrorum canonum uestigiis insistentes, quod tales illegitime nati, nequaq̄, patri in altari ministrare permittantur, sub pœna arbitrio nostro imponenda. c. cum decorem de fil. psb.

Ne celebretur in domibus priuatis sub quocunq; prætextu, aut quouis quæsito colore. Cap. XII.

CVm tam diuina q̃ȝ canonica edoceant insti/
tuta, q̃ȝ munda q̃ȝq; honesta debeant es
se loca, ubi gloriosissimum illud Eucharistiæ sacra
mentum cõficitur. Ne igitur passim in domibus
priuatis, in locis prophanis & in cameris ubi dor
mitur, matrimonialia exercentur & luditur, aliaq;
corporis necessaria peraguntur, celebretur, cum
scriptum sit, uide ne offeras holocausta in omni
Deut. ca. xii. loco, omnibus & singulis clericis cuiuscunq; con
ditionis existant Ciuitatis, & diocæsis nostræ, sub
pœna excomunicationis & ducati unius prohibe
mus, ne ulterius celebrẽt missas, in locis nõ Deo
sacratis, sine speciali nostra licentia q̃ȝ omnino re
quiri uolumus, inhibentes etiam laycis sub eadẽ
.c. missarũ & .c. uniuscuiq; cum aliis seq. de consi. disti. i. pœna. Ne clericos, siue regulares cuiuscunq; or/
dinis ad celebrandum in priuatis suis domibus
admittant sine speciali nostra licentia, uel aposto
licæ sedis in scriptis redacta, & nobis uel Vicario
nostro ostensa, cum præcipue sancti patres respõ
deant importunis sub luctus, uel alterius occasio
nis prætextu, celebrari facere in domibus pro/
phanis, aduc instantibus, eosq; doceant quid in
huiusmodi agere debeant, sicut est magnus ille
S. Basilius Basilius in regulis suis breuioribus, interrogatio
ñ. cccx. & in eo quem fecit, de baptismo tra/
ctatu, dum ostendit quantum ad bene agendum
domini præceptum circũstantia loci opportuna
& necessaria

& necessaria sit sanctus etiã Antonius in sua magna summa, par. 2. tit. ix. c. x. §. ii. Extant etiam nonnulla decreta patrum quibus istud summopere cauetur, & præcipue, de conse. di. prima in c. sicut & in. c. nullus eadem, distin. quid mirum si in priuatis ædibus celebrandi licentia limitetur, si in illis uerisimiliter plerũq; ea perpetrantur ob quæ Ecclesiæ ipsæ, ac loca Deo sacrata si publice contingerint, recõciliatione indigerent, ante quã quidem reconciliationem inibi celebrari non liceret. Discant igitur omnes humiliter parendo, magis mereri, q̃ ambitiose quæ non conueniunt quærẽdo, etiam si ex importunitate, concedatur demereri, & quia huiusmodi cõcessiones de altare portatili hac adiecta conditione dãtur, ut celebretur in locis cõgruis & honestis, Declaramus loca cõgrua etiam oratoria priuata, uel loca in domibus munda, ubi non dormiatur, nec aliud exerceatur propter quod locus sit minus decẽs, ubi tantum sacramentum conficiatur.

.S. Antoninus

c. sicut & .c. nullus de conse. disti.i. in cõcil. laodiceno c. lvi. fuit ordinatũ q in domibus priuatis neq; ab Episcopis neq; a, p̃sbyteris oblationes fierent.

¶ Quod altaria portatilia laycis non accõmodentur, nec eorum intuitu consecranda tradantur: Cap. XIII.

CVm nõ deceat res sacras per laycorũ manus tractari, inhibemus omnibus & singulis clericis

tis, tam Ciuitatis q̃ diocæsis nostræ Syracusanæ cuiuscunq; gradus aut conditionis, existant, Altaria portatilia laycis quocunq; modo accomodare, sub pœna excomunicationis, & ducati unius, pro qualibet uice, sine nostra aut Vicarii nostri generalis licentia expressa, si contingerit hoc in Ciuitate Syracusana, uel Vicariorum foraneorũ si in diocæsi, Præcipimus insuper & districte mãdamus, omnibus nostræ iurisdictiõis subditis, sub eadem pœna excomunicationis & ducatorum decem, ne quis eorum præsumat unum uel plura altaria portatilia consecrari facere, nomine aut intuitu alicuius layci, seu consecrata directe uel indirecte, per se uel per alium, aut quomodocunq; eisdem laycis dare, quam pœnam et incurrere uolumus scientes & consentientes, nisi infra triduũ Nobis aut Vicario nostro generali illud reuelauerint, si fuerint in ciuitate, si uero in diocæsi euenerit nostris Vicariis foraneis.

## De Missarum nouarum celebratione. Cap. XIIII.

PRohibemus etiam, ne quis clericus etiã si per nos ad sacerdotium ordinatus fuerit audeat suam primã missam celebrare, sine Nostro aut Vi

carii nostri cōsensu, sub pœna arbitrio Nostro im/ponenda, Item prohibemus in missarum noua/rum decantatione choreas siue tripudia fieri, aut ludos inhonesti & prohibiti generis; qui autem huiusmodi mandatis non paruerit, cuiuscūq; status, uel conditionis extiterit, pœnam carceris eo facto incurrat.

Arg. c. nō oportet de cōse. di sti. v. & c. psbyteri 34. distin. cū multis simil. . vi. beatū anto. par. ii. tit. vi. c. vi.

## Quod sacerdotes missas debeant celebrare, licet aliunde ad celebrandum non te neantur. Cap. XV.

CVm Ecclesia Dei sublimius non habeat sacramentum communione corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, Et sacerdotibus dictum sit, hoc facite in meam cōmemorationem, ac etiam cum quilibet debeat gratiam Dei in uacuum non recipere, ne sacerdotes, sub prætextu, qp curam animarum non habent, uel obligationem ratione beneficiorum, a tanto sacramento diu se abstineant, sicut audiuimus nonnullos per tempus & tempora se abstinuisse. Præsenti cōstitutione mādamus, sub pœna suspensionis a diuinis pro arbitrio Nostro, uel Vicarii nostri, & carceris per bimestre irremissibiliter infligēda, ut quilibet

c. dolentes de cele.miss.

Arg. c. & si nō frequentius de conse. disti. ii.

sacerdos cuiuscunq; gradus, dignitatis, aut conditionis existat si aliunde ad celebrandum non teneatur ut supra disposuimus, saltē quinquies celebret in anno, in solennitatibus scilicet Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, Paschæ, Resurrectionis, Pēthecostes, Corporis Christi, & Assūptiōis gloriosissimæ Virginis Mariæ, nisi legitimo fuerit impedimēto detentus, & celebraturus Matutinas cum laudibus & primam adminus antea persoluat.

## DE BAPTISMO Tit. IIII.

### De Baptismo. Cap. I.

c. ueniens de p̄sbyt. nō bapti. c. non ut apponeres de bapt. c. de trahe. i. & c. i. de cōse. distin. iiii.

Circa autem Baptismum qui est ianua omniū sacramentorum aduertantur sacerdotes, q̄ aliquem non baptizent nisi in aqua elementali, siue sit calida, siue frigida non refert, cum cerimoniis & forma consueta, non ergo in aqua rosea, seu uino, aut aliquibus liquoribus similibus fiat baptismus, Modum & formam baptizandi in promptu habeant ac omnia parata ad actū baptizandi necessaria, cum non sit semper ocium ad

librum recurrendi, & necessaria tam repentine quærendi,& quia etiam plures casus repentini sæpius occurrere solent,& in necessitate etiam laycí baptizare possunt,immo non solum possunt, sed etiam debent,alias mortaliter peccarent, instruant saltem semel in mense,in die festiuo laycos parrochianos suos qualiter & ipsi layci in casu necessitatis,uidelicet,cum sacerdotis copia haberi non possit uel si infantes in articulo mortis sint constituti,tam mares quam fœminæ baptizare possunt,infundendo aquam super infantis caput,uerba sequentia, & non alia attente & cum intentione faciendi quod intendit ecclesia dicat, Io te baptizo in nome del padre, & del figliolo, & delo Spiritu sancto, Admoneant igitur hæc sæpissime sacerdotes in Ecclesia populum suum, ne quis sine baptismo decederet. Insuper moneant curati parrochianos suos & præcipue obstetrices ꝙ cum uiderint in mulierum partu, aliquam pueri partem apparere,& timetur de periculo mortis, paruulum baptizent infundendo aquam, super membrum apparens, etiam si sit pes uel manus cum prolatione uerborum ut supra dictum est, commictendo paruulum Deo, qui non alligauit potentiam suam sacramentis, qui si postea uiuus egredietur ex utero, & tale membrum aspersum aqua non fuerit caput, Ite-

.c. mulier cum se.1. de conse. distin iiii.

c. in synodo decõ. se. distin. iiii.

Vid. bea. Thom. in par. iii. q. lxviii. art. xi. in respon. ad quar. arg. & est comunis opi.

rum eſt baptizandus pro ut dicunt doctores,ſub hac forma ,ſi non es baptizatus , Ego te baptizo in nomine Patris,& Filii,& Spiritus ſancti Amē. Si uero caput apparuerit & fuerit aſperſum aqua, Eo modo quo dictum eſt ſupra , non eſt iterum puer baptizandus,quia iam perfecte baptizatus eſt.

## De modo ſeruando in ungendo baptizandos,& infirmos. Cap. II.

HAbeat unuſquiſq; curatus ſuum chriſminū ex argento uel ſtanno,non autem ex auricalco propter rubiginem iuxta formam a nobis traditam,uidelicet ad modum Thecæ atramentariæ in ſua capſula repoſitæ , uaſculum autem pro oleo infirmorū ſit ſeparatum & in piſcide honorabili teneatur cum panno lineo mundo & candido ,ut eo cōmodius ſemper uti poſſit & ſecurius etiam nocturno tempore,cum quo intrans ad infirmum ad ungendum,habeat crucem ſuperpelliceum & ſtolam , & cum debita reuerentia illud tractet,caueat autem curatus in unctione baptiſmatis,& extremæ unctionis cum ligno prout hactenus fiebat inungere , ſed omnino cum police

Arg. c.i. de ſac.ūc. in .§. per nul.

Inungat, ꝙ ut commodius fieri possit, & tantus abusus extirpetur, formam capsulæ in usu habendæ tradidimus, si quis autẽ in eo abusu deinceps perseuerauerit, grauiter arbitrio Nostro puniet/tur.

## De Baptismo non reiterando. Cap. III.

QVia sæpe accidit in casu necessitatis pueros per laycos aut obstetrices baptizari, ne forte baptismus cõtra sacros canones, & sanctæ matris Ecclesiæ institutũ reiteretur, Mandamus, ꝙ si deportaretur aliquis ad baptismum, de quo dubitaretur, an esset baptizatus, Sacerdos dili/genter inquirat de persona quæ in tali casu bap/tizauerit, an fuisset ita diligens & intelligens, ꝙ distincte potuerit uerba baptismi in superiori capitulo annotata pronunciare, & si aperte co/gnouerit puerũ illũ uere baptizatũ fuisse, in tali casu tñ exorcismũ: aliasq; cerimonias fieri cõsue tas, cõpleat, relicto actu baptizãdi, si uero dubitaretur, an eẽt baptizatus, post alias cerimonias in

aliis ordinarie fieri solitas. sacerdos, cum uenerit ad actum illum baptizandi, dicat hæc uerba, si tu sei baptizato, io non te baptizo & si tu non sei baptizato, io te baptizo In nome del Padre, & del Figliolo & del Spiritu sancto Hæc sic uulgariter posuimus, ut instruatur populus, quod siquis fortasse alicui creaturæ occurreret, quam nesciret an esset baptizata, nec ne, & etiam in extremis laborare uideret, ut cũ his uerbis baptizare possit.

c. de qbus de bapti.

## Quod Baptisma cum reuerentia celebretur. Cap. IIII.

c. si iustus. i. q. i.

CAueant omnino sacerdotes, ne cum hoc baptismatis sacramentum administratur dissolutiones risus aut clamores fiant, sed sacerdos, & qui assistunt ualde deuoti esse debeant, cum ministeria singularia in hoc sacramento contineãtur, Et licet in cuiuscunque sacramenti administratione cauere debeat sacerdos, Ne peccati sit reus, in huius tamẽ sacramẽti collatiõe summopore se purũ iueniri curare debet, alias Deũ nouo pctõ offẽderet, parẽtes uero ab ipõ sacerdote moneantur ut

In tanto sacramento a pompis mundanis absti-
neant, in ipso nanque baptismate sathanæ & om
nibus pompis eius renunciare uere profitentur.

## De fonte Baptismali, & de ciborio Cap. V.

Cũ autẽ dictũ sit supra, nõ aliquo liquore bap-
tizari debere, q̃ cum aqua elementali, Man-
damus quod in qualibet plebe & parrochiali Ec
clesia sit unus fons baptismalis super quo sit unũ
ciborium, pro ut in uisitationibus nostris etiã, or
dinauimus, & iam fere per cuncta loca est execu
tioni mandatum, tutum & bene clausum cũ una
claui in quo teneatur semper apparata aqua bap
tizandi, quam omni anno benedicere in Sabba
to sancto & in Sabbato Penthecostes curati de-
beant, & continue fons ipse bene custodiatur, ne
aqua baptismali contingat aliquando abuti & ut
tale sacramentum nitidius ac reuerentius tracte-
tur.

.c. omnis p̃sbyter de conse. distin. iiii.

## Ad monitio de eo quod spectat ad compa- tres & commatres, circa mores filiorum. Cap. VI.

PEracto sacramento, sacerdos patrinis & ma-
trinis siue compatribus & cõmatribus iniun-

gat, ut parentes infantis ad laudandum & glorificandum Deum excitent, qui tantam puero suo fecit gratiam ut Dei filius cælestisque regni particeps per baptismum sit factus, Moneantque eos ut ab omni fortuiti euentus periculo custodiant, & cum ad ætatem peruenerit dominicam orationem cum Angelica salutatione & Symbolo Apostolorum eum discere, & in catholica fide edoceri faciant, quod si parẽtes omiserint, Aduertat sacerdos patrinos & matrinas se ad hoc esse obligatos, nam ipsi in actu illo Deo promittunt, constituẽdo se quasi fideiussores quod baptizatus tempore suo fidelis Deo erit, hæc & his similia sacerdotes curati non solum in actu illo, Verũ etiam sæpius publicæ in Ecclesia infra annum inter missarum solennia moneant, ut omnes cautiores sint ad obligandum se tanto oneri & magis charitatiui, ac diligentes erga illos quos iam tenuerunt.

avos ant se omnia de co ne. qisitu. fiil.

Sepius hec moneant

## Vt infantes Baptizentur infra octo dies. Cap. VII.

Item præcipimus & mandamus, quod parentes, nutrices & obstetrices teneantur ad summum infra octo dies a die partus quanto citius, & commodius poterunt, baptizari facere infan-

ētes suos sub pœna excomunicationis, post posita quacunq; excusatione, & quouis quæsito colore magis enim attendendum est animarum saluti, q̃ uanis pompis præsentis sæculi.

## Quod infantes baptizentur in Ecclesia & non in domibus priuatis. Cap. VIII.

CVm Ecclesia nominetur & sit domus Dei, ibi enim singulariter Deus & mirabiliter operatur, merito traditum habemus a sanctis patribus, ut sacramenta, præcipue Christi fidelibus in Ecclesiis ministrentur, quia tamen nonnulli magnifacientes domus suas Domũ autem Dei paruifacientes in domibus propriis infantes baptizari consueuerunt. Talem ac tantum abusum penitus abolendum censuimus, Ita ut in domo patrum eorum infantes nascuntur in Adam, sic in domo Dei renascuntur in Christo, Statuimus igitur & ordinamus, ut omnes & singuli infantes cuiuscunq; gradus, dignitatis, aut conditionis existåt, post p̃sentis nostræ cõstitutionis publicationẽ, baptizẽtur & baptizari debeant, in ecclesiis propriarum parrochiarum, & nullo modo extra nisi imminente necessitate, per nos, Vicarium nostrum, aut Vicarios foraneos desuper

c. qua frõte cũ glo. de appel.

Cle. 1. de bapt.

nostros discutienda si necessitas id patitur, si uero huic nostræ constitutioni cõtrauentum fuerit, transgressores quicunq; fuerint, acriter per nos punientur.

## Hortatio de imponendis baptizandis nomina sanctorum. Cap. IX.

SI apud Gentiles potissima cura erat, ut parentes honestis filios suos nominibus appellarét, asserentes etiam, φ si pulchra nomina uenderentur deberent emi, Tanto magis nos christiani homines delectari atq; gloriari debemus, Nobis licere liberis nostris ea sanctorũ nomina imponere, quorum ueluti tali cognomine gaudentium, suffragiis liberos nostros fulcitos continue custodiri & præseruari pium sit credere. Vnde cũ nonnulli ualde nobis errare uideantur, dum leuitate quadam, aut ipsi nouorum nominum auctores haberi uolunt, aut si qua a suis maioribus acceperunt tanq̃ gentile patrimonium ad posteros certa fide transmittunt, Omnes utriusq; sexus nobis subditos rogando hortamur, ne infantulos suos baptizandos nominibus paganorum aut gentilium, sed nominibus sanctorum, aut sanctarum, iuxta ritum christianorum nominari uelint.

Vide do. Abb. in c. i. de Iud. num. 36. & Andr. barba. in c. i. de depo.

De.

De numero cōpatrum & cōmatrum, ex quibus causatur cognatio spiritualis. Cap. X.

CVm ex cognatione spirituali quæ causatur ex baptismo, & itidem ex confirmatione, impediatur matrimonium contrahendum & cōtractum dirimatur, ne rixæ & quæstiones, aut incæstus ex inde oriātur, Statuimus & ordinamus, ꝙ in baptismate, ultra duos cōpatres, aut duas commatres non admittantur, nec aliquis religiosus, sine Nostra aut Vicarii nostri licentia. De cætero etiam obseruari mandantes, ut cum masculum unum, & fæminam unam, pro compatre & commatre esse contingerit, solus masculus tanꝙ sexus dignioris, de sacro fonte leuet, sacerdotiꝙ interroganti respondeat, fæminæ autem præsente masculo non liceat de sacro fonte leuare.

.c. si. de cog. spiri li. vi.

c. nō plures de cōse. distin. iiii.

c. nō licet cū c. seq. ead. disti.

De tenendo libro pro scribendis nominibus compatrum & baptizatorum, & ꝙ nihil accipiatur pro scriptura. Cap. XI.

VT legitime quando opus sit probari possit, ætas, paternitas, & filiatio, tā naturalis, ꝙ spi

.c. .i. de cog. spiri .li. vi.

ritualis prolis. Curatos omnes Ecclesiarum baptismalium Ciuitatis, & diocæsis nostræ, admonemus, ut librum particularem habeāt in quo tam baptizatos, q̃ compatres describant, Et copiam dicti libri præfati sacerdotes curati, singulis ānis ad Cancellariam magnæ Episcopalis curiæ tempore synodi celebrandæ uel in principio mensis Septembris apportent, sub pœna unciæ unius, ubi perpetuo conseruari uolumus, & cum omni diligentia custodiri, scribantur autem hoc modo, Anno tali & Die tali, Mensis talis, per me .N. præsbyterum, seu Capellanum, talis Ecclesiæ parrochialis talis loci, filius uel filia .N. baptizatus, uel baptizata fuit, talis & talis, leuauerunt eum uel eam de fonte sacro. Et ad omnem symoniæ labem remouendam, prohibemus, q̄ nullus sacerdos baptizans audeat, pro nominibus huiusmodi scribendis præcium, aut aliquid omnino aliud, etiam minimum petere, uel recipere, sub pœna arbitrio Nostro imponenda.

## DE POENITENTIIS ET REMISsionibus. Tit. Quintus.

¶ De confitendo & cōmunicando saltem se-

mel in anno, & de publicando capi-
tulo, Omnis utriusq; sexus.
Cap. I.

Sacerdotes curam & regimen animarum habentes, sæpius admoneant parrochianos suos, ut sæpius confiteantur in anno peccata sua, maxime in solennioribus festis, exponētes qualiter antiquitus boni Christiani Ter ad minus in anno, scilicet in Paschate Penthecoste & Natiuitate Domini, sacratissimum Eucharistiæ sacramentum soliti erant, maxima cum deuotione suscipere, & licet semel in anno, canon Omnis utriusq; sexus nos obliget ad confitendum, & cōmunicandum, qui tamen sæpius communicauerit (si digne) plus meretur, qui uero semel in Paschate, q a die Dominica Palmarum usq; ad octauam Pasche inclusiue, iuxta Eugenii Papæ quarti extrauagantem q inferius annotari fecimus interprætatur, recipere neglexerint rationabili cā proprio sacerdoti nota cessante, secūdū canones Ecclesiā ingredi uiuentes prohibeātur, & mortui careant Ecclesiastica sepultura, Quod ut magis nostrorū subditorū animis & mētibus inhæreat, in uirtute sctē obedietiæ iniūgimus & pcipimus uniuersis clericis curatis & pdicatoribus in Ciuitate & diocæsi nra uerbū Di seminātib9, ut

c. sæculares de cōse. disti. ii.

c. omnis vtriusq; sexus de pœni. & remissi.

singulis diebus Dominicis per quadragesimam uel saltem tribus uidelicet, prima, tertia, & palmarum, & iterū ter in anno, uidelicet ante sacratissimum festum Penthecostes, ante solennitatē omnium Sanctorum & ante Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi, quando cum magna populi frequentia missarum solennia celebrātur in Ecclesiis cathedralibus & parrochialibus publicari & in materna lingua declarare faciant, Constitutionem, Omnis utriusq; sexus, suis subditis & publicando intiment eisdem, ut omnes remota omnis ingnorantiæ excusatione ad peccatorū suorum confessionem & Eucharistiæ susceptionem se præparent, alias contra eos ad pœnas in ipsa constitutione contentas procedetur illius autem capituli tenor est huiusmodi.

## Tenor Capituli.

Omnis utriusq; sexus fidelis postq̃ ad ānos discretiōis peruenerit: omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam propriis uiribus studeat adimplere: suscipiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharistiæ sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis cōsilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab

huiusmodi

Eucharistia in Pascha, quisq; debet sumere in sua parrochia ... habeat Curati. et facultates aliquibus religiosis ... alijs concessæ ... ex tempore ... Toletus in Sum. lib. ... cap. ...

huiuſmodi perceptione duxerit abſtinendũ, alio quin & uiuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, Et moriens Chriſtiana careat ſepultura, unde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſiis publice/tur, ne quiſq̃ ignorantiæ cecitate uelamen ex/cuſationis aſſumat, ſi quis autem alieno ſacerdo ti uoluerit, iuſta de cauſa ſua peccata confiteri licentiam prius poſtulet, & obtineat a proprio ſacerdote, cum aliter ipſe illum non poſſit ab/ſoluere uel ligare. Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus ut more periti medici ſuper infundat Vinum & Oleum uulneribus ſauciati, diligen/ter inquirens & peccatoris circumſtantias & pec cati, quibus prudenter intelligat quale debeat ei præbere conſilium, & cuiuſmodi remedium adhibere, Diuerſis experimentis utendo, ad ſal/uandum ægrotum, caueat autem omnino ne uerbo aut ſigno, aut alio quo uis modo, aliqua tenus prodat peccatorem, ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſq; ulla expreſſio/ne perſonæ caute requirat. Quoniam qui pec/catum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præ ſumpſerit reuelare, non ſolum a ſacerdotali of/ficio deponendum decernimus, uerum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in artum mo naſterium detrudendum.



Preparatio ad recipiendum sanctissimum sacramentum pro alio consistit in tribus. Primo in fide. Debemus accedere cum fide qua credat huius misterii excellentiam [illegible] spiritualem a [illegible] Secundo in [illegible] ut conscientiam examinet [illegible] ne macula [illegible] imperfectione sua. Tertio cum reverentia et amore accedat, cum reverentia [illegible] cum amore, quia summum ab eo recepturus beneficium [illegible] Sacramentum [illegible] lib. VI cap. [illegible]

¶ Eugenius quartus declarat quod cõmunicã tes a Dominica Palmarum usq; ad Dominicã de quasi modo satisfaciunt præcepto & iuri.

¶ Dilecto filio fratri Iacobo de Pririmaticis de bononia ordinis minorum de obseruantia regu lari.

EVgenius quartus, Dilecte salutem & Apo/ stolicam benedictionem, fide digna relatio ne accepimus in Ciuitate Licii non paruam per hæc tempora excitatam fuisse commotionem de die debite perceptionis sacratissimi corporis Do mini nostri Iesu Christi,& per aliquos religiosos sit affirmatum ꝙ non communicantes actua liter in die Resurrectionis Dominicæ mortaliter peccarent,Etiam si in die Iouis sancti,& aliis qui/ buscunq; diebus infra annum pluries & frequen tibus uicibus communicassent,quod piis auribus est audire molestum, Recolimus,alias per quod/ dam nostrum breue scripsisse uenerabili fratri no stro Episcopo Licienti ꝙ intelligebamus satisfa/ ctum esse si paulo ante uel paulo post diem Re/ surrectionis Domini quis communicet, mirati sumus ꝙ postmodum noua controuersia re/ uixerit, sed inimicus homo superseminauit zi/

zaniam. Nos igitur cupientes purgatum triti/
cum in horreum Domini congregare & inutili/
bus contentionibus finem dare attendentes iux
ta doctrinam beati Augustini quod solent cir/
cumstantiæ scripturarum illuminare substantiam
ueritatis, & non solum adiacentia, sed etiam præ
cedentia & subsequentia uerba sunt consideran
da prudenter cum dicat canon Ecclesiæ, Omnis
utriusq; sexus fidelis saltem semel in anno confi
teatur, & infra suscipiens adminus in Pascha re/
uerenter Eucharistiæ sacramentum, & sequitur
nisi de proprii sacerdotis consilio ob aliquam ra
tionabilem causam ad tempus ab eius perceptio
ne duxerit abstinendum. Dicimus expresse non
intentionis legislatoris fuisse animas illaqueare
fidelium sub culpa mortali ad communicandum
præcise in die Dominicæ Resurrectionis, Sed
terminum statuisse a Pascha ad Pascha cum dicit
semel in anno, & infra ad minus in Pascha, &
.c. mens enim magis q̄ uerborum sonus est at/
tendenda discrete. Intelligimus itaq; optime
iuri satisfactum esse canonis si in hebdomada
sancta, uel infra octauam Pasche Resurrectio/
nis Dominicæ secundum meliorem dispositio/
nem cōscientiæ & aptiorem mentis deuotionem
fideles præparatione debita sanctum Eucharistiæ
pignus accipiant, & cū Domino Pascha celebrēt

ad salutarem, & huic sententiæ omnes uolumus acquiescere quare deuotioni tuæ committimus, ut prædicta ubi oportere intelligas populis nota facias. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub anulo nostro secreto, Die octauo Iulii. M. cccc.xlvi. Pontificatus nostri Anno Decimo.

¶ Quod confessores deputandi, prius præsententur & approbentur, & de iustificatione super faciendo examine confessorum. Cap. II.

QVum uideamus plerosque sine pœnitentia, & sine communione mensium & annorũ spacia in graue animarum suarum præiudicium degere, quosdam ad confitendum extremum sacri ieiunii expectare, tuncque eodem contextu, & errata confiteri & cõmunionem accipere, nulla præmissa aut operis, aut lachrymarum satisfactione, quosdam uero a non suis sacerdotibus absolui procurare, cui rei istos tam enormes excessus ascribere debeamus, non facile excogitare possumus, nisi quod tales hodie pœnitentiæ iudices aliquando eliguntur uiri indocti, cupidi, sine charitate sine zelo, prius confitentium crumenas, quam conscientias examinantes. Vnde ne istud tam necessarium sacramentum, diuini profecto iuris

Iniunctum,ab aliquibus contemni possit. Celeri remedio ( quantum nobis a Deo datum est ) suc currere studemus,Idcirco in uirtute sanctæ obe/dientiæ,& sub excomunicationis,aliisq; ecclesiasti cis censuris & pœnis arbitrio Nostro imponẽdis prohibemus,neminem tam clericũ sæcularem q̃ regularem cuiuscunq; ordinis & conditionis exi stat,audere debere se in audiendis cõfessionibus immiscere,nisi prius Nobis aut Vicario nostro p̃sentatus fuerit,& approbatus,excepto ineuitabi lis necessitatis casu, Rogantes omnes religiosos prælatos ut æquo animo ferant,si iuxta formam constitutionum sacrorum conciliorum Viennen sis,&ultimi lateranẽsis Nobis seu Vicario nostro religiosis præsentatis diligentes esse uelimus. In cognoscenda eorum qui confessionibus audien dis deputantur sufficientia , quando res tanti põ deris & momenti , non sit per quoslibet passim tractanda,sæculares uero , qui non amplius nu/merosam illam quantitatem confessorum uide/rint,mirari desinant cum certiores facti sint,qua/re istud nos faciamus , qua quidem causa & ipsi expergefacti ex doctis doctiores,& ex bonis me liores , eos sibi eligant patres spirituales , quibus tuto animarum suarum salutem , qua nihil homi nibus præciosius esse debet,credãt atq; cõmittat. Beati Augustini consiliũ sequentes,dũ admonet,

c'ei dudũ de sepul. concil. la teranense vlti.sub se one x. in sessione. xi.

cap.s. de p̃eni.dist. vi.

ꝙ qui uult confiteri peccata sua, ut inueniat gratiam quærat sacerdotem, scientem ligare & soluere, ne cum negligens circa se sit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit, ne Ambo in foueam cadant, quoniam stultus errare uoluit, & subdit, Qui ergo confiteri uult, omnino confiteatur sacerdoti meliori, quem inuenire potest.

De apponendo in qualibet Ecclesia cedulam cum nominibus deputatorum ad confessiones audiendum. Cap. III.

PRiores, Præpositos, Guardianos, Custodes, Vicarios, & alios quorumuis mendicãtium fratrum, & aliorum quoruncunq; religiosorum præfectos monasteriorum & Ecclesiarum Rectores Ciuitatis & diocæsis nostræ Syracusanæ hortamur in Domino, nostrisq; subditis ĩ uirtute sanctæ obedientiæ & sub excomunicationis pœna, mandamus & præcipimus, ut prima Dominica quadragesimæ, in ecclesiarum suarum & conuentuum loco ad legendũ aptiore, chartam præsentatorum suorum religiosorum per nos approbatorum nomina continentem, statuant & affigãt, quatenus qui uoluerint ipsis religiosis confiteri, uideatur prius, si sint nominatorum, & approbatorum numero, alias absolutos se non fore intel

ligăt, qui aũt nõ approbatus se in audiẽdis cõfes siõibus ingerere ausus fuerit, grauiter puniẽtur.

## Adhortatio super Electione confessorum. Cap. IIII.

MOnemus tamen tam clericos, q̃ laycos, ut in eligendo confessore, talem diligentiã adhibeant ad curandas animas suas qualem si ualetudinarii essent, in eligendis ad corporum curã, medicis adhiberent, immo maiorem cum anima p̃ciosior sit corpore, & ubi periculum maius intenditur ibi proculdubio sit plenius consulendũ, nec ullo pacto sine delectu confessoris non idonei, & per nos non approbati iudicio animas suas committant, ne sic fortasse, quum cæcus cæco ducatũ p̃stet, ãbo in foueã cadant, eis ẽt qui inter lepram & lepram discernere, & more periti medici, uinũ & oleũ uulneribus sauciati super infũdere nesciũt in uirtute sanctæ obediẽtiæ districte p̃cipimus, ut quid humeri sui ferre ualeant, quidue recusent, & queadmodũ animarũ cura, ars artium sit, prius attendentes, in perditionem animarũ suarũ, Tanto oneri, nequaquam se ingerãt, si diuinã uoluerint effugere ultionem, cum nõ sit sine culpa, qui rei, cui impar est, se immiscuerit.

c. vbi periculũ de elect. li. vi.

c. I. cũ duobus seq. de pœni. distin. vi.

c. cum sit ars artiũ de æta. & q ual. ordi.

## De confessione acceleranda. Cap. V.

QVoniam ex fide dignorum relatu percepi-mus, & utinam uerum non esset quam plurimos Ciuitatis & diocæsis nostræ Syracusanæ utriusq; sexus primarios, parrochianos, ac patres familias ad cōfitendum peccata sua remissos, desides, & pigros esse, adeo ut confiteri differāt usq; in finem quadragesimæ, quo sane tempore Ecclesiarum rectores circa diuinum officium persoluēdum, nec non in eruditione aliorum, uidelicet filiorum & filiarum, seruorum, & ancillarum non modicum occupantur, taliter q huiusmodi suos parrochianos nullatenus possint in suis confessionibus instruere, ac necessarias & salutares interrogationes facere, ac illi minus debite cōscientias suas exonerare. Statuimus & ordinamus, q singuli prædicatores & præsbyteri curati, singulis diebus Dñicis a septuagesima incipiētes moneāt parrochianos suos utriusq; sexus, & pcipue primarios ac patres familias, de cōfitēdo pctā sua ante Dñicā ī Passione, ut rite possint, & cōmode peccata sua cōfiteri & pœnitētiā salutarē adimplere, ac sanctissimū Domini nr̄i Iesu Xpi corpus ī die Paschæ suscipere ī remissionē pctōrū suorū.

De pœnitentia īponenda iuxta canones pœnitentiales, Et de ea moderanda pro arbitrio confessoris. Cap. VI.

Licet hodie in occultis peccatis, omnes pœnitẽtiæ arbitrariæ sint & confessor sit iudex deputatus & arbiter. Ita ut canonum pœnitentialium rigorem moderare possit, illis tamen si non in toto, saltem in tanto, & si non in quantitate, saltẽ in in qualitate pœnæ quantum potest adhærere debet. Idcirco Monemus omnes & singulos sacerdotes, fidelium peccata in confessione sacramentali audientes, ut canones ipsos pœnitẽtiales, quasi quasdam regulas edificant, quibus notis iuxta peccatorum circumstantias & contricionis quantitatẽ sapienter & discrete sciant illos moderare, & moderando pœnitentiam sciant iniungere salutarem, Et quia de illis habetur mentio apud doctores in summis suis, Hac nostra præsenti cõstitutione, sacerdotes prædictos hortantes monemus, ut opuscula beati Antonini curatis per q̃ necessaria, quæ etiã uulgaria inueniuntur impressa, seu aliam quamcunq; summam siue uulgarem, siue latinam præ manibus habeant, qui uero mediocriter eruditi fuerint, studeant sibi familiaria reddere ea quæ grauissimus au&tor ille beatus Antoninus congessit in libro qui Enchiridion, seu defecerũt Christianæ Religionis inscribitur. Cum turpe sit unicuiq; ignorare ius in quo uersatur, canones autem pœnitentiales (ut omnibus confessoribus in promptu habeatur) in fine harum constitutionum curabimus annotari.

c. mensurã de pœnit. disti. i.
c. nullĩ di stĩ. xxxviii
cã sequ.
c. falsas de pœni. distin. v.
c. te n?os ? xxvi. q. vii.
c. Deus qui de pœni. & remissi.

Curati habeãt opuscula beati antonini.

## De non imponendo pœnitentiam pecuniariam sibi applicandam. Cap. VII.

ET si in sacris literis Eleemosynis redimi peccata mandatur, sicut enim aqua extinguit ignem Ita eleemosyna extinguit peccatum, caueant tamen Plebani, Rectores Ecclesiarum, & alii quicunque ad audiendas confessiones deputati, ne fraudulenter in confessionibus pro peccatis pœnitentias pecuniarias infligant, præsertim illas applicando sibi, aut cuiquam per ipsum nominando, sed iuxta peccati exigentiam imponant pœnitentiam, ieiuniorum, orationum, peregrinationum seu Eleemosynarum per pœnitentes inter quos maluerint dispensandarum, non quærentes quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, Eum uero, quem a confitente aliquid petiisse constiterit perpetuo ab huiusmodi officio, suspendi, & alia grauiori pœna pro ut nobis uidebitur, condemnari uolumus. Quod aũt sponte ex deuotione oblatum sibi fuerit, recipere debet, Idest non debet respuere, ex contemptu superbiæ: quantumcunque magni Prælati essent, Cum tota Ecclesia Dei eleemosynis sustentetur, Et dominus noster Iesus Christus eleemosynis uiuebat.

Arg. .c. gcqd i.q. i.& c.quã pio i.q.ii. & c.res ec cle.i.q.iii. & faciunt p. seq.

## Quomodo imponenda sit pœnitentia Mis-

sarum dicendarum, & quod nec legata ab infirmis extorqueantur.
Cap. VIII.

SI auté uisum fuerit sacerdoti uelle pro pœni-tentia pœnitenti iniungere, quod faciat celebra-re missas, cum semper timẽdum sit, quod potius aua ritia, quam charitas sit in causa, Volumus quod id simi liter confitentis libito remittatur, & omnino quod per alium non suspectum tales missæ celebrẽtur, & per talem qui sibi ipsi confessori uicem nõ red dat, quod etiã obseruari uolumus in audiendis confessionibus infirmorum, ne scilicet confesso-res ab eis eleemosynas& legata extorqueant sub quocunque prætextu, etiã charitatis, quã sæpe fal so ante oculos infirmorum apponere solent cu-pidi confessores, sub pœna excomunicationis, & perpetuæ suspensionis ab officio confessionis au diendæ, ultra pœnas arbitrio Nostro reseruatas, Aduertant igitur prædicti sacerdotes, quia quic quid sub prætextu charitatis, & pietatis de foris pal liant, cogitationes tamen suas & intentionem si quam habent de recipiendis indebite oblationi bus, Omnipotẽti Deo nequeunt occultare, nec si mulationibus poterunt a se dãnationẽ auertere. vid. oĩa in pcedẽti c. allegata.

De loco & tempore modoque

quibus uti debent sacerdotes in cōfitendo & de confessorio Cap. IX.

AD euitanda scandala quæ in confessionibus pœnitentialibus solent hinc inde quandocunq; contingere. Sancimus ut confessiones mulierum in Ecclesiis post hac audiātur in loco aperto & euidenti, Ita ut audiens pariter & confitens palam uideantur, Item ante ortum solis non audiātur nec post occasum, interrogationes ne fiāt super non interrogandis, caute semper procedēdo ne quoquomodo pœnitens de modo instruatur, sed potius ab ore ipsius quæ commisit, extrahantur, lenibus persuasionibus, & grauibus, non respiciendo facie ad faciem, & si forte per cōfessionem hominis, uel mulieris, horribile peccatū audierit, nō spuat nec faciem torqueat, aut faciat signum aliquod propter quod peccatorem deterreat, uel rubore, seu uerecundia, confundat, ut reliqua peccata sibi timeat reuelare. Quotiens aūt fæminam in confessione audire cōtingerit, Hortamur tanq̄ consonum & honestum ꝙ inter sacerdotem confitentem & mulierem sit tabula una cum sua fenestrella, super qua sit una gradata, seu lamina perforata, quæ tabula cōfessorium denominari solet, sexus enim fæmineus propter periculum quod inde euenire poterit, caute & sapienter

plenter audiendus est in confessione, Ne quoq; mens astantium quid mali suspicari possit.

☞ Quomodo confessores se habere debeant circa casus Episcopales, nobis reseruatos. Cap. X.

QVia nonnulli tam sæculares q̃ȝ religiosi ter/minis suis non contenti in perditionem ani marum in casibus sedi Apostolicæ reseruatis, aut nobis, in Ciuitate & diocæsi Nostra subditos no stros absoluere præsumunt, licet de hoc nullam acceperint potestatem, præsenti decreto inhibe/mus ne deinceps nudo uerbo ipsorum asserentiũ se talem habere potestatem, nisi alias de potesta/te huiusmodi, fecerint fidem legitimis documen tis, credatur, declarantes absolutiones eorum in casibus prædictis factas, nullas esse, nisi hoc speci fice a sede Apostolica, aut a Nobis, seu Vicario nostro eis sit concessum, insuper omnibus supra dictis inhibemus ne de casibus Episcopalibus no bis reseruatis se intromittere audeant, sed ad nos uel quibus super his potestatem Nostram in sub sequenti capitulo delegamus, omnes remittan/tur, decernẽdo, Absolutionem per eos absq; spe ciali nostra concessione, seu Vicarii nostri in casi bus hmõdi, præter q̃ in mortis articulo uiribus

Cle. dudum de sepul.

carere, & contrarium facientes ab auditione confessionum sint eo ipso priuati, Ad nostrum præterea arbitrium pœnitentiam acturi, casus autem Episcopales Nobis reseruatos in sequẽti Capitulo duximus annectendos, ne singulis annis Nobis cura esset per totam diocæsim illos transmittere, reseruauimus enim q̃ȝ paucos (salua animarum cura) potuimus.

¶ Quibus conceditur facultas absoluẽdi in casibus nobis reseruatis. Cap. XI.

NE autem a salutari cõfessionis remedio propter casus nobis reseruatos homines retrahã/tur, dum uel in promptu sacerdotem non inueniunt qui eos absoluere possit uel etiam famæ suæ, & sumptui timent, si longius pro absolutione cõsequẽda ablegentur. Nos pudori simul & sumptibus subditorum nostrorum consulere uolentes, præsenti decreto, Ordinamus & cõstituimus ut deinceps omnes Vicarii locorum, & parrochi si personaliter residerint, potestatem habeant uice & nomine Nostro absoluẽdi uel absoluere faciendi, per alios confessores quotiens & quando casus acciderit, omnes utriusqȝ sexus cõtritos & confessos a quibuscunqȝ peccatis occultis, quantumuis grauibus & enormibus, quæ alioquin au/

ctoritati Nostræ ordinariæ reseruari debeāt, exceptis dumtaxat homicidis, excomunicatis, tam a iure q̄ ab homine, cognoscentibus carnaliter monialem aliquam, Abutentibus sancta Eucharistia, sancto Chrismate, & aliis sacramentis, committentibus sortilegium, opprimentibus filios studiose, uel negligenter, perpetrantibus incendium studiose, sacerdotibus cognoscentibus carnaliter quā baptizarunt, uel cōfessionem audierunt, procurantibus abortum uel sterilitatem tam in se q̄ in alias, Votorum commutatione nisi peregrinationis intra diocæsim, de male ablatis certis uel incertis si non extant illi quibus est restituendum a tarenis duodecim supra, de enormibus publicis criminibus, & de illis quibus esset solennis pœnitentia indicenda nisi publice pœniteant ad Nos uel Vicarium nostrum generalem mittendis.

## Quomodo confessores se habere debeant circa casus contentos in Bulla Cœnæ Domini. Cap. XII.

CVm non ita passim per singulorum manus Bulla, quæ ī die Cœnæ Domini Romæ quotannis publicari consueuit transire soleat, &

locorum ordinarii ubiq; constituti in uirtute san
ctæ obedientiæ per sedem Apostolicam arcten-
tur q dictam bullam solenniter saltem semel
in āno, aut pluries prout expedire, uisum fuerit,
publicari, & ad Christi fidelium mentes deduci,
nunciari, & declarari faciant. Nos pro maiore sa
cerdotum curatorū Ciuitatis & diocæsis nostræ
commodo dictam bullam, quæ fere semper eos-
dem casus complecti solet, in fine harum constitu
tionum curabimus ānotari, in qua siquid aliquo
anno immutatum, diminutum, uel aditum fuerit,
Id quoq; omni diligentia ad singulorum noticiā
deducere studebimus, quod & tāto libētius facie-
mus, quo sacerdotes ipsi cōmodius & facilius iux
ta sedis Apostolicæ decretum in eorum Ecclesiis
quotiens expedire cognouerint, dum maior po
puli aderit multitudo, dictam bullam & in ea cō-
tenta publicare & uulgari sermone declarare ua-
leant & debeāt, Et dictos casus sibi familiares fre
quenti lectione reddēdo Excōmunicationis pœ-
nam euadant, latam cōtra confessores ipsos qui
in præmissis casibus quemq; absoluere attenta-
uerint a qua non nisi per Romanum Pontificē
possint liberari, præter q̄ in mortis articulo con
stituti, Vt latius Sixtus quartus in extrauaganti.
Et si Dominici &c.

c. & si do-
minici. in
extrauag.
de pœni.
& remissi.

❡ Quod

¶ Quod nullus inferior possit se intromittere in publicis enormibus & scãdalosis peccatis. Cap. XIII.

VBi periculum maius imminet, ibi proculdubio plenius est consulendum, Attendentes itaq;, q̄ manifesta peccata non sunt occulta correctione punienda, & q̄ malum unde oritur ibi puniri debet, Omnibus curam animarum exercentibus, seu confessiones audientibus, sub pœna suspensionis ab officio, uel beneficio, districtius inhibemus, ne quempiam super enormi publico peccato absoluere audeãt, uolentes huiusmodi enormes publicos scandalosos peccatores, post q̄ casum publicum intellexerint ad Nos uel Vicarium nostrum absoluendos & puniendos remittant, nisi mortis periculum immineat. Decernendo ab solutionem per curatos, & antedictos confessores super publicis enormibus scandalosis criminibus de cætero faciendam nullius fore robboris uel momenti. c.l.de pœnit. & remissi.

¶ Exortationes faciendæ ad communionem. Cap. XIIII.

ET si scriptum reperitur compelle eos intrare, nolumus autem prædicta uerba ita stricte Lucæ, cap. xiiii.

accipere, ꝙ debeant homines in peccatis persistẽ tes ad communicandũ se ( quod absit ) per par rochianos compelli, sic enim iudicium sibi man ducarent & biberent, Volumus autẽ quod ex hortationes fiant opportune & importune argu endo, obsecrando, & increpando, ut se ad tantũ sacramentum præparare uelint. Exempla & au ctoritates prout Dominus dederit adducendo, si enim pœnitens dicat, non possum parcere, in stet sacerdos in ostendendo errorem eius cũ Bea tus Augustinus dicat de diligendis inimicis, nul lum unq̃ excusare se posse in ueritate, ais, hodie non sum præparatus, uellem terminum hinc ad quinq; uel sex mẽses. quod pignus habes frater. Inquit Beatus Chrysostomus, ꝙ eo tempore eris paratior q̃ nunc es? quis autem tutum te reddit, ꝙ hinc ad breuissimum temporis spatium ui uus eris? Ideo frater Apostoli consilium capien dum est, præcipientis, ut dum tempus habemus, operemur bonum. pater inquis, litem institui, fili & frater, Etiam non prohibet Dominus qui por tio tua esse debet, quominus quod ad te iure spe ctat consequaris, teneris rancorem dimittere, & iniurias obliuisci, & ad huc salua cõsciẽtia actio nem retines, pater, uersor in euidẽti periculo, tot inimicos habeo ut nullo in loco tutus cõsistã, cui ergo fili potius adhærere uolueris? q̃ Christo

2. ad Timoth. iiii.

Arg. cap. ult. de pœni. dist. v.

Ad gala. c. vi.

c. prælatis de homi. lib. vi.

benedicto? illi igitur te cōcilia, illum tibi cōstitue protectorem tuum, Si enim Deus pro te quis cō tra te? fac fili, quod Dominus sit spes tua, fortitudo tua, & protectio tua, Et ipse apprehendet arma & scutum, & exurget in adiutorium tibi. Rursus si instet pœnitens perturbatum animum habeo, quis facilius pacare poterit q̄ Rex pacificus? qui est pax nostra & in recōciliationem nostram datus est, & sic curati totis uiribus suis studeant, dante Deo incrementum, saluum facere quod perierat, Alias eis intimando q̄ ab Ecclesiis depellētur uiui, & morientes in tali statu ab ecclesiastica priuabuntur sepultura, iuxta sacrorum canonum instituta.

Psal. 34.

c. omnis vtriusq; sexus d̄ pœnit. & remissi.

☞ Quæ causæ solēt iudicari legitimæ, per quas non sumens Eucharistiam sit ad tempus tollerandus. Cap. XV.

CAEterum quia solent nōnulli dubitādo quærere quæ nam sint causæ illæ adeo legitimę propter quas quis Eucharistiam non suscipiens sit ad tempus tollerandus. Notandum q̄ textus in capitulo, Omnis utriusq; sexus ponit q̄ abstineant ad tempus ob rationabilem causam de consilio sacerdotis. Qui ergo nolunt accipere tempus præfixum, qui de consilio patris

c. omnis utriusq; sexus d̄ pœnit. & remissi.

sui spiritualis gubernare se nolunt, sed pro animi sui libidine qui rationabilem abstinendi causam non habent, quæ non ab ipsis cum in causa propria nemo debeat esse iudex. Sed a sapientibus & discretis sacerdotibus iudicanda est ij proculdubio excommunicari merentur si post canonicas monitiones sibi factas, præceptis sanctæ matris Ecclesiæ parere noluerint, nec aliquis iure se excusare poterit, a perfecta peccatorum suorũ confessione facienda, & a sacramentis susceptione inimicitiarum, odiorum, rancorum, concubinarũ occasione, hæ.n. rationabiles causæ iudicari nõ debent, nec a rationabili homine sunt allegãdæ, sed canon supradictus põt intelligi, cũ de recidiuatione timeatur, Tũc .n. ẽt si pœnitens cõmunicare uellet, sacerdos supersedere debet periculũ faciẽs, An perseueret in seruãdo quod promiserat, Exẽplum de blasfemia, de commercio cũ aliqua muliere, & hmõi alios habet casus, quos sibi. S.D.Papa, uel ordinarius reseruat a quibus non poterit, Exempli gratia hinc ad festum Paschatis absolui, is causam legitimam habet interdum sacerdoti uidebitur imponere pœnitentiam quæ non nisi peractis paschalibus festis compleri poterit, Ecce is etiam est excusatus, sacerdos pro sacramẽti reuerentia prohibebit alicui qui in hebdomada sancta deliquerit, communicari, nisi ad festũ penthe

coſtes, alium a communione per duos annos ab ſtinere mandabit, plures in iure reperiũtur caſus, quibus quis per aliquot ãnos, uel etiam niſi in extremo uitæ ſuæ, ut de uxoricida habetur, cõmunicare ſe non poterit, oẽs iſti legitimã cauſam abſtinendi a cõmunione habebunt, confeſſionẽ tamẽ facere quot ãnis debent, ſummopereq́ꝫ dolere, ꝙ tales exceſſus perpetrauerint, ꝙ ad tempus ſacramentali cõmunione fuerint priuati, non poſſintq́ꝫ manducare panem illum Angelorum in quo eſt omne oblectamentũ. Eẽ quoqꝫ qui alicuius ſuæ cauſæ expeditionem cum iam iudex, ſit in calculo ferendæ ſententiæ prius habere optaret, ut poſtea pacatiori animo, ſereniorîq́ꝫ conſcientia altaris ſacramentum ſumeret, legitimam atqꝫ honeſtam ad tempus abſtinendi a communione cauſam habiturum eſſe iudicabimus, infirmitates ẽt poſſunt eſſe in cauſa ꝙ quis a ſacramenti perceptione iure abſtinere poſſit, Has cauſas pro exemplis collegiſſe uolumus, ex quibus prudens & ingenioſus ſacerdos diiudicare poterit, An rationabiles fuerint illæ quas parrochianus ſuus adduxerit. c. admonere. 33. q. ii.

¶ Quod unuſquiſqꝫ in propria parrochia per proprium curatum in paſchate Euchariſtiam ſumat. Cap. XVI.

HVcusq; inualuit abusus, ut spreto proprio curato extra parrochiam per manus regularium, nonnulli etiam in paschate cósueuerunt sumere Eucharistiam, adeo ut oues proprii pastoris uocē nō audiant amplius, sed alienorū. Volētes igitur huic tanto malo, paterna charitate (ut nobis incumbit) prouidere, hortamur oēs & singulos regulares cuiuscūq; ordinis, status, & cōditionis existant, ut a die Dominica Palmarū per totā octauā Paschæ inclusiue desistāt nec se immiscere uelint, & sub ptextu priuilegiorū fideles cōmunicare, ut sic pastor uultū suæ pecudis ualeat agnoscere, Alias cogemur, contra eos iuxta sacrorū canonū & cōciliorū dispositionē procedere, Mandamus insuper omnibus Ecclesiarum rectoribus, ut si qui post pñtis nostræ cōstitutionis publicationē per manus ipsorū regularium in termino pdicto sumpserint Eucharistiam, habeant eos pro non cōmunicatis, & eorum nomina ad nos scripta transmittant, ut contra eos quoq; per censuras Ecclesiasticas & alia remedia a iure permissa procedamus.

Cle. I. de priuil.

Vt curati mittant nomina non confessorū & non cōmunicatorū. Cap. XVII.

c. omnis utriusq; se.

TRansacta aūt dominica in albis ut quod canones pcipiūt debitæ & necessariæ exequutio

ni demandemus, Volumus & statuimus, q curati omnes singulorum nomina & cognomina eorũ, qui in anno illo non erunt cõfessi & cõmunicati, ad officium nostrũ transmittere in termino quindecim dierum debeant, cum expressione causarũ Extra pœnitentiæ forum habitarũ, propter quas quilibet noluerit confiteri, & communicare, quos per cancellariũ nostrũ scribi in libro separato uolumus, ut monitionibus canonicis præcedẽtibus & his in perfidia sua persistere uolentibus. finitis omnibus terminis, ad omnem maliciam conuincendam assignatis, contra eos ad excommunicationis mucronẽ perueniamus, eos excommunicatos esse, & pro excõmunicatis haberi mandãtes, qui sanctæ matris Ecclesiæ pcepta negligẽtes, peccata sua semel in anno confiteri, & Eucharistiæ sacramentum sumere, sine legitima causa & per cõfessorem suũ approbata distulerit, si uero laboriosum uidebitur curatis mittere ad officiũ nostrum nomina & cognomina eorũ, qui non fuerint (ut pfertur) confessi & communicati, poterũt illa in scriptis cõsignare Vicario Foraneo illius loci ubi hoc euenire contingerit, qui quidẽ Vicarius, illa infra tempus in hac Nostra constitutione expressum ad officium Nostrum mittere curabit, porro si qui ex parrochianis alibi q̃3 in illa parrochia ubi id iure licuerit confessi fuerint &

xus de pœnit. & remissi.

& communicauerint, de eo rectorem seu curatū ipsum certificare poterunt. Alioquin ipsorū negligentia causante, contra eos ad infra dicenda tanq̄ si confessi & communicati non essent, cum esse non appareant, procedetur.

☞ Pœna curatorum non denunciantium proxime dictos. Cap. XVIII.

SI quis autem curatus iusta cessante causa, eos qui sanctæ matris Ecclesiæ mandatis, & constitutioni Nostræ huiusmodi nō paruerint, infra terminum prædictum officio nostro non denunciauerit, uel si post eiusdem denunciationem in eius parrochia quis reperiatur, qui non sit confessus, & communicatus, & incuria, aut malitia non denunciatus, sacerdos ille pro negligentiæ, aut maliciæ culpa, grauiter pro arbitrio Nostro condemnabitur.

☞ De prosequendis taliter excommunicatis. Cap. XIX.

POstq̄ aūt istos qui se ī āno cōfessos atq; coicatos eē, uel nō docuerint ut p̄dictū ē, uel uere

cõfessi & cõmunicati non fuerint, diligenter examinata causa per eos allegata, & tãdem per Nos minime approbata. In Episcopali Palatio nostro excommunicatos publicauerimus, cedulis ad ualuas Ecclesiæ, & ad alia loca publica affixis, curabimus omnes istos notatos ad curatos mittendos, ut & ipsi in termino sibi assignato, in locis suis intimare debeant, sic publicatos fuisse per Nos omnes tales, populum suum exortãtes, ad eorum comercia euitanda. c. illud de cler. exco. mini.

☞ Vt moneant parrochianos, quod quando sunt infirmi prius spiritualem quam corporalẽ medicum uocent. Cap. XX.

PRæcipimus omnibus Ecclesiarum rectoribus ut sæpius moneant parrochianos suos, si contingerit eos infirmari, prius spiritualem sibi confessorem, quam corporalem quærere medicũ, & quia adhibita spirituali medicina melius proficit corporalis. Ideo ipsis medicis ad infirmos uocatis præceptum est, ut ante omnia infirmum ad confessionem inducant. Quibus intiment etiam sæpissime, si ultra duas uices ad infirmos accesserint, nisi pro cura præseruatiua uel urgentis necessitatis causa, qui confiteri aut distulerint aut neglexerint (iuxta decretũ fælicis recordationis c. cum infirmitas de pœni. & remissi.

Innocētii Tertii de pœn. & re. c. cum infirmitas, contra eos procedetur, cuius tenor inferius annotatur Ad tollendam inobedientiū excusationē.

¶ Tenor decreti Innocentii Tertii, de pœnitentiis & Remissionibus, Capitulo, cum infirmitas.

CVm infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino languido quem sanauerat. Vade & amplius noli peccare ne deterius aliquid tibi cōtingat, præsenti decreto, Statuimus & districte præcipimus medicis corporum, ut cum eos ad infirmos uocari contingerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, ut medicos aduocent animarum, ut postquam fuerit infirmo de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur, cum causa cessante cesset effectus, hoc quidem inter alia huic causam dedit edicto, quod quidā in ægritudinis lecto iacentes cum eis a medicis suadetur, ut de animarū salute disponant in desperationis articulum incidunt. Vnde facilius mortis periculum incurrunt. Si quis medicorū hmōi nostræ cōstitutionis postquam per prælatos locorū fuerit publicata, Transgressor extiterit. Tamdiu ab Ecclesiæ ingressu arceatur, donec pro transgressione

huiusmodi satisfecerit competenter. Cæterũ cũ anima sit multo praeciosior corpore, sub intermi natione anathematis prohibemus, ne quis medi/ corum pro corporali salute aliquid ægroto sua/ deat, quod in periculum animæ conuertatur.

Quod sacerdos requisitus uadat ad infirmũ. Cap. XXI.

SOlliciti sint sacerdotes pœnitentiare & cómu nicare infirmos & sanos, non solum cum fue rint requisiti, sed ꝙ ipsimet, se se offerant ad exi/ bendum Ecclesiastica sacramenta, in quibus mini strandis, quoties constiterit sacerdotem aliquem negligentem fuisse, cum a parrochiano suo uoca tus fuerit, pro Ecclesiasticis sacramentis ministran dis siue die siue nocte ipsum arbitrio Nostro pu niendum reseruamus. Hortamur insuper ipsos infirmos seu eorum curam gerentes, ut de die & non de nocte, nisi in casu necessitatis ipsa sacra/ menta sibi exhiberi procurent.

De modo seruando, quando Eucharistia de fertur ad infirmos. Cap. XXII.

CVm aũt Sacerdos Eucharistiã ad decubantẽ deportauerit eã adminus dupplicatã habeat.

ut non tantum ferat, sed etiam infirmo cōmuni-cato referat sicut in eundo, manifeste ac honorifice, ante pectus cum omni reuerentia & timore, atq; in habitu decenti: uidelicet. Cum superpelliceo, stola, seu orario, supposito uelamine mundo, semper lumine, ac campanella præcedentibus, ut ex hoc apud omnes, fides & deuotio augeatur, & populus ut se reuerenter inclinet inducatur, caueat autem omnino sacerdos Eucharistiam sub forma magna decubanti ostendere, & sub parua illi sumendam porrigere, ne forte, tam ipsi q̄ circū-stantibus (quod absit) occasio fit alicuius scādali, Monemus quoq; omnes & singulos curatos, ut Eucharistiam i tabernaculo superius expresso, in sufficienti numero semper conseruatam habeant, Ita q̄ si ad infirmos deportari contingerit, semper remaneat in loco suæ solitæ conseruationis adoranda. Illud insuper attendat quilibet curatus, ut in sua parrochiali Ecclesia sit una lanterna honorabilis in usu habenda, ne in itinere aut Ventorū turbine, aut nimborū ui lumē deficiat.

c. sane de celeb. missa.

c. psbiter de cōse di. ii.

¶ De Indulgentia associantium Corpus Domini nostri Iesu Christi, & de signo dando cum campana ad inuitandū associantes.

Cap. XXIII.

Vt autem

VT autem feruentius homines excitentur ad associandum sanctissimum sacramētū Corporis Domini nostri Iesu Christi, cum ad infirmos defertur, Omnibus uere pœnitentibus & cōfessis, seu propositum habentibus confitendi tempore a iure statuto. Qui sacerdotem, Eucharistiā ad infirmos (sicut præmittitur) deferentem, eūdo & redeundo reuerenter & deuote associauerint, uel sequuti fuerint cū lumine a se portato, uel sine lumine siue de die siue de nocte, toties quoties fecerint id, quadraginta dies de iniunctis sibi pœnitentiis, præter Indulgentias auctoritate Apostolica concessas, auctoritate Nostra ordinaria nunc in domino relaxamus, Adiicientes ꝙ in qualibet parrochiali Ecclesia mos iste introducatur, ut priusq̄ sacerdos accedat ad infirmum cum sacramento, semper pulsetur cāpana & dentur quædam signa ad inuitādum populum ad istud piissimum opus, & prædictam indulgentiam cōsequendam. Laudabile sane institutū esset, si quoties sacramentum ad infirmos defertur, unus saltē pro qualibet domo & familia, cæteris occupatis ad associandum sanctissimum sacramentum uenire obligaretur. Ad quem usum omnes apud se retineant unam candelam.

Arg. ca. decet do mū. De immu. eccle. lib. vi.

❡ Adhortatio ꝙ in qualibet parrochia in-

troducatur societas Corporis Domini nostri Iesu Christi. Cap. XXIIII.

c. decet domũ de immunit. eccle. lib. vi.

SI dominum in sanctis eius laudare iubemur, dignum profecto & iustum ac salutare uidetur, ut cum in dilectissimo filio suo Domino nostro Iesu Christo, maxime laudemus, qui cũ quotidie suo nos sacratissimo corpore spiritualiter reficiat iure conuenit ut in tanti sacramenti memoriam, deuotam aliquam societatem excitemus, quæ fidelium animos repleat gaudio salutari: Et cum infusione lætitiæ deuotionis lachrymas subministret. Hortamur igitur ꝙ in qualibet parrochiali Ecclesia Ciuitatis & diocæsis nostræ Syracusanæ sit una uenerabilis societas in honorẽ sanctissimi Corporis Domini nr̃i Iesu Christi, Quæ ut facilius ĩchoetur & manuteneatur ac ãplietur, & in eadem societate fratres, descripti feruentius in tam pio proposito perseuerent, in descripti uero ad se huiusmodi deuoto congregandi consortio promptiores & alacriores aduolẽt. Omnibus & singulis utriusqꝫ sexus Christi fidelibus uere pœnitentibus tam præsentibus ꝗꝫ futuris, eiusdẽ societatis cõfratribus de omnipotentis Dei misericordia confisi, quadraginta dies de iniũctis sibi pœnitẽtiis misericorditer in domino relaxamus. Moneãt igitur sacerdotes parrochianos suos ad

assumendum Iesum Christum Dominum nostrum pro socio & confratre, Exortando ꝙ bonum esset, si omnes Christi fideles essent in hac sanctissima societate, ordinem ponēdo circa processiones in tanti sacramenti honorem faciēdas, Et tantum sacramentum associandum, cum ad infirmos defertur.

## DE ORDINE IN ORDINANDIS Clericis obseruando. Tit. VI.

☞ De ordinatione clericorum, & eorum examine. Cap. I.

DOctoris gentium dicentis, Nemini cito manum imponas salubri sanctissimaqꝫ doctrina præmoniti, Monemus omnes & singulos Ciuitatis, & diocæsis nostræ, qui ad aliquem ordinē promoueri desiderant, quatenus per quindecim dies post q̄ꝫ per affixionem edicti super ualuis Nostræ cathedralis Ecclesiæ intellexerint, Nos generalem ordinationem ad omnes Ecclesiasticos etiam sacros, & præsbyteratus ordines domino concedente uelle tenere, Vicario foraneo loci illius in quo eos habitare contingerit, se præsentare, ut plene desuper ordinandorum, uita moribus, conuersatione, ætate, genere, & patrimonio

1. ad timo. v.

c. quando episcopus xxiiii. dist.

c.licet ergo.viii.q.i.

se informari ualeat, qua informatione habita Nos certiorem reddere debeat literis per ipsosmet ordinandos transmittendis quas gratis expediri mandamus: Præcipientes quoque ipsis ordinādis, ut per sex dies, aut per quattuor adminus ante diem ordinationis, Nobis aut Vicario nostro se præsentent, nomina sua & cognomina cancellario Nostro, ac etiam īformationes clausas & sigillatas a Vicario foraneo ut supra receptas, & illis traditas daturi, audituri quoque quo die accedere debeant ad se debito examini subiiciendo, Volumus autem per tantum tempus, ante diem ordinationis Nobis præsentari, ut per informationes a Vicariis foraneis Nobis exhibitas, ac etiam per diligentem examinationem per nos fiendam, plene de ordinandis ipsis Nos informari ualeamus, Nihilhominus eosdē sic monitos, nisi ūtias tres adminus redditus Ex beneficio Ecclesiastico habeant, aut patrimonium ualore unciarum triginta ad sacros ordines a nobis tunc minime admittentur, ne cogantur postea cum rubore uictū mēdicare, aut uilibus & mechanicis artificiis ī opprobrium Ecclesiasticæ dignitatis se immiscere, & nisi sciant etiam bene legere, & sufficientet cantare, & Grammaticam non ignorent. Et præcipue nullū canonicum eis obsistat impedimentum. Maxime mutilationis membrorum, uel deformitatis scan dalum

c.estote.i.q.i.

tot.tit.de corp o.uitici.

dalum generans. Caueant autē Vicarii locorum nisi ueritatem desuper calēdatorum, scilicet uitæ morum, patrimonii, cæterorūq; ordinādis cōpetētium & requisitorū ad nos scribere, odio, amore, prætio, seu præcibus pœnitus semotis, sub graui pœna arbitrio nostro insligenda (iuxta qualitatē delicti) tam Vicariis .ꝗ etiam ordinandis.

## De admittēdis ad primā tōsurā. Cap. II.

CVm uiderimus nonnullos ad primam tonsuram seipsos ingessisse, non ut in sortem Domini assumerentur, Sed ut fauore & Priuilegiis Ecclesiasticis sæculare iudicium euaderent, & exinde liberius uiuerent, atq; securius concupiscentiis suis deseruirent, Decreuimus ostiū (quod bonis semper patere debet) malis omnino claudere. Sācimus igitur & declaramus nullos per Nos de cætero ad primam tōsuram assumendos, nisi quos nouerimus bonis moribus, & honesta conuersatione, ac ætate bene qualificatos, consideret ergo seipsum unusquisq; anteq̄ conspectui Nostro se præsentet, qualiter ad huiusmodi ordinem suscipiendum accedat, ne patiatur coram omnibus cum rubore repulsam. c. quando Episcopus .24. distin.

## De dimissoriis petendis. Cap. III.

habes di ſtin.71.& 75.p tot.

SI quando Nos abſentia, aut occupatione aliqua ordinationem tenere, non poſſe contigerit, omnibus dimiſſorias literas cupientibus, ut ab aliquo antiſtite communionem ſedis Apoſtolicæ habente ordinari ualeant: Significamus ꝙ per ſimile temporis ſpatium ante, ſimiliter Vicario loci in quo ipſi habitauerint ſe præſentent, ut plene deſuper eorum uita, & moribus (ut ſupra dictum eſt in capitulo primo) ſe informari ualeat, atq; cum illis informationibus dictas dimiſſorias literas impetraturi ad Nos ueniant, ut poſſimus etiam cum dimiſſorias concedimus ſuper p̄miſſis, ætate, literatura, moribus, beneficio, ſeu patrimonio, iuxta informationes, per Vicariū loci ad Nos miſſas, ĩquirere, ſeruareq; diligẽter dictas ſolẽnitates, perinde ac ſi Nos ipſi ordinaremus, ſic enim cautius incedemus, tutioreſq; erimus in reddenda ratione Deo, q̃ ordinantis conſcientiã aliter onerando.

☞ Cõtra obtinẽtes diſpenſationẽ, & faciẽtes ſe ordinari extra diocæſim. Cap. IIII.

CVm nõnulli reperiãtur qui ſuæ ignorãtiæ aut incapacitatis, aut delictorũ conſcii fugiũt examen Noſtrũ nõ ſperantes ſe eſſe a Nobis promouendos, niſi mutatæ uitæ tale nobis ſpecimen p̄ſe

ferant, ut eos absq; ullo nostræ conscientiæ scrupulo ordinare possemus, & alio cõfugiunt, uel ut ad oẽs sacros ordines, ẽt p̃sbyteratus se promoueri faciant, uel literas subrepticias obtineãt, uigore quarũ nobis inconsultis a quolibet ãtistite faciunt se ordinari: Mandamus omnibus officialibus Nostris, ac Ecclesiarũ rectoribus nobis subditis & p̃cipimus, ne taliter ordinatos, in suis Ecclesiis ad missarũ celebrationem, aut ad alterius alicuius ordinis exequutionem recipiant, nisi prius eorum literas per Nos aut Vicarium nostrũ cognouerint fuisse approbatas. c. eos qui &. c. fi. de temp. ordi. lib. vi.

☞ Taxa Salarii Notariorum super ordinibus. Cap. V.

AD omnem remouendã fraudem symoniacæq; labis suspicionẽ nulla inter ordinẽ & ordinem, ẽt inter minores & sacros ordines facta differentia, Volumus & ordinamus, q̃ soluto tareno uno cãcellario seu Notario Nostro pro carta, scriptura, ac cera, pro qualibet litera patẽte, siue tm̃ unũ ordinem seu omnes cõtinẽte, nil aliud ultra ab ordinato Cancellarius ipse petere, aut etiam sponte oblatum accipere audeat. Quam taxam fore congruentem iudicamus, cum nullũ alias stipẽdiũ hẽat de publico pro scriptura ordi-

1. Corin. c. ix. c. cum ex officii cir. fin. de p̄ſcrip.

nationem atteſtante, dicente Apoſtolo, Nemo cogatur ſuis ſtipendiis militare, adepta eidē omni facultate cogendi ordinatos ad talis ſcripturæ receptionem, ſi ſecus factum fuerit, tam in petēdo q̄ȝ in recipiendo Noſtram nō effugiet ultionem.

## DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS. Tit. VII.

### ☞ De forma ſeruanda in contractibus Sponſalium & matrimonii, & q̄ȝ deteſtāda ſint clādeſtina matrimonia. Cap. I.

NE quod ſæpiſſime accidere graui cum moleſtia uidimus, ut unde amicicia & affinitas quæritur, odia & contentiones oriantur, hac præſenti cōſtitutione paterna charitate, Omnibus & ſingulis ſubditis Noſtris cōſulimus, eoſq̄ ēt monemus, ne deinceps quiſq̄ȝ præſumat ſpōſalia per uerba de p̄ſenti, uel de futuro, ac ēt ſub annuli ſubarratione matrimoniū cōtrahere, niſi in Eccleſiis, uel locis publicis, aut domibus parentū & cū p̄ntia ſacerdotis proprii, & patris & matris cōtrahentiū ſi habuerint, aut ſi non habuerint cū p̄ſentia proximorum propinquorū utriuſq̄ partis, ſi adeſſe uoluerint, & aliorū teſtiū fidedignorum, qui de utriuſq̄ partis conſenſu clare teſtificari ubiq̄ poſſint

& ualeant. Admoneant insuper sacerdotes in Ecclesiis puellas q̃ grauiter peccent clandestine cõtrahendo, Et quot homicidia, quot rixas, & quot scandala, clandestina matrimonia secum afferãt, & q̃ non credant uiris sibi clandestine pollicentibus, cum illi subtracto uirginitatis spolio, negare soleant, se quicq̃ promisisse, in graue damnum & detrimentum dictarum infælicium & miserarũ puellarum, quæ fuerunt credulæ. Vnde postea mendicare coguntur, & omnibus contemptibiles haberi, & q̃ nolint tanti emere unum pœnitere.

c. cũ inhibito de cland. despon. cap. aliter cum seq. xxx. q. v.

☞ Quod sponsi non frequentent domum spõsarum, ante subarrationem.

Cap. II.

ET quoniam nonnulli spõsi animarũ suarũ salutis immemores facti, postq̃ per multum tẽporis spatium post sponsalia de futuro cõtracta, simul fuerint cõuersati, solutionem quærunt multis occasionibus, nonnunq̃ etiam sequuta coppula carnali, Inhibemus, ne secreto aut aliter q̃ prædictum est, contrahentes debeant ad inuicem cõuersari aut commisceri, sed neq̃ domos alterius partis quasi sponsi, uel sponsæ frequentare omnino, neq̃ sponsi, neq̃ sponsæ appellari donec talia sponsalia publice (sicut præfertur) per uerba

Argu. c. iuuenis de spon. & matri. & c. ubi de despon. impub.

de præſenti fuerint confirmata, quã cõfirmatio-
nem quocitius commode poterit, fieri uolumus.

## De denũciandis Clandeſtinis Matrimoniis. Cap. III.

QVod ſi qui in prædictis ſecus facere pſumpſerint, præcipimus i uirtute ſanctæ obediẽtiæ uniuerſis Eccleſiarum rectoribus, ꝙ poſt q̃ꝫ ipſis conſtiterit pro certo, uel probabili fama aliquos in parrochia ſua Clandeſtine cõtraxiſſe, ipſos ſtatim ad publicandum in faciem Eccleſiæ, aut iura ſua proſequendo coram eccleſiaſtico iudice, per ſubtractionem ſacramentorum, extra tamen neceſſitatis articulũ cogere non poſtponãt.

## Quod ſpõſalia ſine licentia nõ diſſoluantur. Cap. IIII.

ic. ſiquis parentes xxx.q.iii. c.ex literis de ſpon.& matri.

ITem ordinamus ꝙ ſponſalibus per uerba de futuro præſertim cum iuramento contractis, nullus audeat ſuam ſponſam inuitam relinquere, & cum altera contrahere, niſi in primis dictorum ſponſalium diſſolutio petita fuerit a Nobis, aut Vicario noſtro quã ſi rationabilẽ inuene-

rimus subesse causam, non denegabimus.

☞ Quod nullus se ingerat in causis matrimonialibus, nec etiam ipsi sponsi & sponsæ ad inuicem separari se possint. Cap. V.

ITem inhibemus, & sub pœna excommunicationis iterdicimus omnibus Christi fidelibus clericis, & laicis per Ciuitatem & diocæsim Nostrã Vbilibet constitutis, ut nullus ipsorum contra sacrorum canonum dispositionem de causis matrimonialibus cognoscere seu diffinire qualitercũq; præsumat, absq; Nostra aut Vicarii nostri licẽtia & mandato speciali, nec etiam ipsi sponsi & sponsæ se ad inuicem separari præsumant. Eo magis si matrimonium per carnalem copulam cõsumatum & ratificatum fuerit, sub eadem pœna excõmunicationis, & aliis pœnis in sacris canonibus contentis, & Nobis reseruatis, cum aperte hoc sit a Christo etiam definitum cũ dixerit quos Deus coniunxit, homo non separet.

c.1. de cõsangui. & affi. c. causam matrimonii de, off. ã. deleg. c. porro de diuor.

☞ Quod non possit contrahi secundum matrimonium, nisi certo sciatur mors primi mariti. Cap. VI.

QVia sæpe sæpius experientia cõprobauimus, nõnunquã mulieres causante absentia maritorum diuturna, & nulla de morte eorum habita certitudine, secundum matrimonium cõtraxisse Adeo ut multoties euẽerit maritos ipsos adhuc superuixisse, & ad proprias uxores esse reuersos, non sine magno christianorum scandalo, & miserarum mulierum, tum animæ, tum corporis periculo, uolentes igitur huic tãto malo paterna prouidentia occurrere, Præcipimus, & mandamus omnibus & singulis mulieribus, quarum in domino curam gerimus, ut secundũ non contrahant matrimoniũ, nõ obstante quacunque etiam diuturna mora absentium maritorum, & quocunque de eorũdem morte rumore, nisi prius Nobis aut Vicario nostro Generali, uel Vicariis Nostris foraneis, si hoc in diocæsi fieri contigerit, clare constiterit, ob mortem primi mariti primum matrimonium fuisse dissolutum, non ex coniecturis, aut uulgi rumore, sed secũdum sacrorum canonum dispositionẽ. Si quæ uero mulieres huic nostræ præsenti constitutioni post eius publicationẽ cõtrauenerint, ultra pœnam a iure statutam, excommunicationis pœnam, & aliam arbitrio Nostro imponẽdam non effugient, & quod diximus de mulieribus, idem præcipimus de uiris.

c. in præsentia de sponsf. & matri. & c. Dominus de secũd. nup

## De cautela Matrimonii cum extraneis. Cap. VII.

CVm uiderimus plerosq; extraneos sæpe miseras puellas decepisse, eis se in matrimoniũ copulantes, non ut secũdum Deum onus matrimonii portent, sed ut eas Post earum deflorationem & dotium consumptionem infæliciter relinquãt, adeo ut rectæ, uel cum rubore mendicare, uel cũ damnatione animarum suarum meretriciũ exercere cogãtur. Ad euitandos igitur huiusmodi & similes errores, præcipimus, & mandamus omnibus & singulis Curæ nostræ pastorali commissis sub pœna excõmunicationis, & alia arbitrio Nostro imponenda, ut nullo modo cum extraneis in matrimonium per uerba de præsenti consentiant, nec per copulam carnalem consumant, nisi prius in curia Nostra, seu coram Vicariis nostris foraneis quibus super hoc facultatem concedimus, si in diocæsi hoc fieri contingerit, ipsi extranei per testes idoneos docuerint se esse solutos. In casu uero quo hoc probare non possint, teneãtur idoneam præstare fideiussionẽ, adminus unciarum decem soluendarum in casu quo fuerit Compertum, ipsos tempore consumati matrimonii contracti non fuisse solutos, Volmus quoq; & sub eadem pœna mãdamus, ut notarii huius/

Vid. d. Abb. panhor. in c. cũ inhibito nu. 7. de clã. matri.

eēt optimu[m], Alere tempori huius calamitatu[m], ut non admittant foren[ses] nisi habeant literas testimoniales sui [...] de [...]. Abb. in c. cum in hibitio nu. 7. de clandest. desponsa[tione].

modi contractus matrimoniales nõ ſtipulentur, nec Eccleſiarũ rectores talia matrimonia per uerba de præſenti in faciem Eccleſiæ celebrent, niſi prius uiderint literas a Nobis uel Vicario noſtro ſubſcriptas & ſigillo Noſtro munitas, in quibus expreſſe doceatur de præmiſſis, aut Vicarii loci in quo matrimonium uenerit celebrandum, explicitum habuerint conſenſum cum ratione eiuſdẽ de ſufficienti probatione, uel de præſtita fideiuſſione ut ſupra.

De pœna contrahentiũ in gradu prohibito. Cap. VIII.

VOlentes animarum periculis obuiare prohibemus, ne de cætero in aliquo conſanguinitatis, ſeu affinitatis gradu aut cognatione ſpirituali, ſcienter aliqui audeant matrimonialiter copulari, & quicunq; taliter & ſcienter copulati fuerint, aut etiam ignoranter & clandeſtine abſq; ſufficienti diſpenſatione cõtraxerint, debeant in termino nouem dierum ſe ab inuicem totaliter & effectualiter ſeparare. Qui uero elapſis diebus p̃dictis ſe ad inuicem (ut ſupra) ſeparare neglexerint aut poſt p̃ſentis Noſtræ cõſtitutionis publicationem in aliquo gradu per ſacros canones prohibito, auſi fuerint ſcienter per uerba de præ

fenti matrimonialiter copulari. Vltra pœnam ex communicationis a iure statutam (q̃ ipso facto incurrunt) Nobiles & in facultatibus habiles un ciarum uiginti pœnam incurrãt, ignobiles uero, idonei tamen in substantia, unciarum decem, ino pes autem pro arbitrio Nostro aut Vicarii nostri luant in corpus. Et ne quis possit ignorãtiam al-legare, Impedimenta matrimoniorum inferius annotari curauimus in uulgari etiam sermone, ut facilius sit Ecclesiarum rectoribus illa declarare, & plebibus præcipue, quorum tenor talis est. cle.i.de cõ sangui. & affi.

❧ Declaratione de tutti li impedimẽti di matri monii, per instructione delli sẽplici sacerdoti.

PErche da molti, & præcipue da semplici huo-mini non se sanno l'impedimenti del matri-monio, uolemo & ordinamo che li rectori delle chiese, & quelli i quali hanno cura delle anime & administrano i sacramenti quando accadera cõ traherfi matrimonio, debbiano essi impedimenti declarari secondo il tenore & forma infrascritta, & accio piu facilmẽte se possa fare, per Nostra or dinatione se sonno posti & scripti in lingua uol gare come de sotto se dice.

L'impedimento de sanguinita prouiene da una attinentia di persone, per essere esse generate da uno medesimo sangue, o sia per uia de masculo, o, per uia di fæmina Et quelli i, quali sonno ligati insieme da questo uinculo non si ponno côiungere in matrimonio fino al quarto grado inclusiuamente.

cap. non debet de cõsangui. & affi.

☞ La computatione di quelli Gradi se fa in questa forma pigliando il stipite, cio, e, quel huomo o, quella donna da onde hanno hauuto l'origine della coniuncione sua successiuamente numerando quelli da i, quali, e, discieso il Sposo, & poi quelli da i, quali, e, discesa la Sposa, & in quanti gradi sera il piu remoto dal stipite in tanti gradi di cõsanguinita saranno infra essi, Verbi gratia.

xxxv.q.v. per tot.

☞ Francisco genero Antonio & Maria. De Antonio nacq; Giulio, da Giulio nacq; Gregorio, da Gregorio nacq; Helisabet, piglia poi il lato di Maria, dicendo, da Maria nacq; Agnete d'Agnete nacq; Blasio, da Blasio nacq; Theodoro il qual Theodoro intende pigliare per moglie Helisabet, & se dubita in che grado siano, piglia il stipite, cioe Francesco & numera le persone descendẽdo per la linea di Antonio per fino ad Helisabeth, Tu trouerai, senza il stipite qual

Vid. in. ead. ca. & q.

non si

non si debbe mai computari, esserci quattro gra/ di, cioe Antonio, Giulio, Gregorio, Helisabeth. Piglia poi la linea di Maria & similmente non cō putando il stipite tu trouerai quattro gradi, cioe Maria, Agnete, Blasio, & Theodoro, Adunq; Theodoro non puo pigliare Helisabeth per mo glie, perche sonno in quarto grado, ma potreb/ be pigliare per moglie una figliola di Elisabeth. perche quella fa il quinto grado cō il stipite, On de e da notarsi, che sēpre s'attende il grado del piu remoto del stipite, per tanto con la figliuola di Elisabeth puo contrahere matrimonio, Theo doro, Biasio, & tutti i suoi Ascendenti fino al sti pite exclusiuamente.

¶ Et nota che si dice exclusiuamente quanto al stipite, perche questa sopradetta regula procede quanto alli collaterali, quali doppo il quarto gra do si ponno congiungere, ma quanto alli ascen denti & descendenti la prohibitione se crede esse re perpetua in infinitum, Talmente che come di cono li doctori, s'hora uiuisse Adam non potria pigliar moglie si non ad Eua. c. progeniem cū duobus seq. xxxv q. iii.

¶ L'impedimento dell'affinita nasce, quando il maschio & la fæmina se cōiungeno insieme car nalmēte, o sia per uia di matrimonio, o per altro c. porro xxxv. q. v.

e.I.&c.c.q super his de cõsangui. & affi. de eo qui cog. I. co san. v xo. su. p toc.

modo non licito, & questo impedimento nõ nasce tra le persone che si coniungono, ma solo tra li consanguinei delle persone copulate, & essi copulati, In modo che si Titio & Berta hauessino affar insieme carnalmente nullo cõsanguineo di Titio per insino al quarto grado potrebbe pigliare per moglie Berta. Et similmente nulla cõsanguinea di Berta fino al quarto grado potrebbe pigliare per marito Titio, nõ dimeno perche questo impedimento come gia e detto nasce solo tra le persone copulate & li consanguinei delle parti, il fratello di Berta potrebbe pigliar per moglie la sorella di Titio, & il fratello di Titio potrebbe pigliar per moglie la sorella di Berta.

c. si qs de sponsaue. rit. xxvii. q. ii. c. iuuenis de spon. & matri. cũ.c.seq. & c. spõsam.

¶ L'impedimento della publica honesta, e uno impedimento canonico, qual nasce quando uno ha dato la fede per uerba de futuro, o de presenti ad una donna per pigliarla per moglie, & poi non sequita la consumatione del matrimonio, o perche uno d'essi despõsati more, o perche li spõsalitii fra essi per cõmune cõsensu se dissoluano, o che uno d'essi, o tutti doi itraro alla religione, o che alcun canonico impedimẽto gli obsta, per il qual nõ se poria consumare il matrimonio, & questo impedimento fa che nullo consanguineo

d'essi sposi, per fino al quarto grado puo cōtra/here matrimonio cō il sposo, o sposa predetti, ancorche essi sponsali fossero inualidi, & per l'authorita & sententia iuditiale fossero dechiarati nulli.

¶ L'impedimento della cognatione spirituale, e quello qual prouiene per respetto & causa del baptesmo, & della crisma quando se fanno compatri & commatre, & nasce questo impedimento fra quello qual, e baptizato, & quello qual lo le/ua dal sacro fonte, & la mogle desso prima car/nalmente cognosciuta, & li figlioli tanto legitimi & naturali come naturali solamente, Et tra il padre del baptizato & la madre, & quello qual lo ha leuato del sacro fonte, in modo che il bat/tezato non potria contrahere matrimonio con alcune delle figliuole de quello qual lo ha leua/to del sacro fonte, ne ancho con la sua moglie se fossi romasta uedoua, & similmente quello, qual leua dal sacro fonte non potria contrahere ma/trimonio con la donna qual ha leuata dal fonte, ne ancho con la madre sua, & similmente il pa/dre del baptizato nō potra contrahere matrimonio con la moglie di quello l'ha leuato dal sacro fonte, Et questi medesimi impedimenti nascono

xxx.q.iiii. c.i. extra de cogn. spirit. per tot. & lib. vi. eo. tit. per tot.

con quella persona qual baptiza o crisma respe ctiuamēte, & per questo si declara, che tra li figlio li del leuante e gli fratelli o sorelle del baptizato, non nasce alcuno impedimento.

xxx.q.iii. c.i. extra de cogn. leg. c. vnico.

☞ La cognation legale e quando alcuno piglia altri per figlioli adottiui, in tanto che esso non puo contrahere matrimonio con quella qual ha præsa per figliola adottiua, Ne la donna puo cō trahere con quello qual ha preso per figliolo adottiuo, ne ancho il figliuolo legitimo & naturale puo contrahere con la sorella adottiua durante la adottione.

## ☞ Quod non possit secundum Matrimonium contrahi, nisi declaratum fuerit, de nullitate primi. Cap. IX.

c. porro de diuor.

Licet multis ex causis Matrimonium contractum ipso iure reddatur inualidum, nullus tamen contrahentium circa inualiditatem matrimonii iam contracti sui ipsius potest esse iudex, Tum quia tale iudicium secundum utriusq; iuris dispositionem ad Nos spectare dignoscitur, Tū etiam quia unusquisq; quodam naturali affectu adeo sibi blanditur, ut in rebus arduis, & anima-

rum

rum salutem concernẽtibus, uerum a falso secernere nequeat, Ne igitur sub specie boni adulterium cõmittatur: Prohibemus omnibus & singulis qui matrimonium per uerba de præsenti iam contraxerunt, siue illud consummatum fuerit, siue non, ut secundum non contrahant, quocunq; impedimento interueniente in primo matrimonio, ét tale propter quod illud iuridice dirimi debeat, anteq̃ per curiam Nostram declaratum fuerit, primum matrimonium esse inualidum & nullum, ac ipso iure contrahentes ad illud non teneri. Si quis autem contrahentium uel ambo simul primo matrimonio stare nequiuerint, & proprio iure secundum contraxerint, non expectata Nostra iuditiali sententia super inualiditate primi, ultra pœnam a iure statutam, pœnam unciarum decem se nouerint icurrisse, ad quam etiam pœnam notarios condemnamus, si cõtractus diuortii primi matrimonii stipulauerint, ante q̃ per curiam Nostrã (ut supra) sententiatũ & definitũ fuerit.

c. ab isto cum duobus sequ. xxxv. q. vi.

☞ De pœna imponẽda accipientibus duas uxores quo ad uiros, & duos maritos quo ad mulieres. Cap. X.

QVia sæpe accidit, propter facilitatem ueniæ, aut pœnarũ leuitatem, Malos peiores fieri,

c. peruenit distin. xciii.

& nonnunq̃ pessimos, addentes mala malis & peccata peccatis cumulantes, adeo ut multi animarum suarũ salutis inmemores, uiuente adhuc prima uxore cum secunda contrahere non uereantur. Et quãdoq; cum tertia, & quarta: De quo summe dolendum est, Volentes igitur hos miseros, & si non uirtutis amore saltem formidine pœne, a malo cohibere: Statuimus & ordinamus, ut si quis inuentus fuerit qui uiuente prima uxore, aliam duxerit, & quoad mulieres si quæ uiuente primo marito alium duxerit, ultra pœnam fustigationis, & mitræ dehonestationis, pœnam carceris in loco per Nos, aut Vicarium nostrum eligẽdo per annum integrũ incurrat, Et aliam grauiorem arbitrio Nostro imponendam.

c. cum haberet de eo q dux. in matri. quã pol. per udul.

c. de benedicto. 32. q. i.

## De benedictione nuptiali accipienda infra semestre. Cap. XI.

VNiuersis & singulis curæ nostræ pastorali cõmissis, qui matrimonium per uerba de præsenti contraxerint, ne quis sine approbatione & benedictione sanctæ matris Ecclesiæ a demone præuentus suffocetur, & pereat: Præcipimus & mandamus, ut infra semestre benedictionẽ nuptialem iuxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac

c. nullus &. c. sponsus. xxx. q. i.

cipiant, sub pœna unciarum quinq;, Ipsis uero Ecclesiarum rectoribus, & omnibus curam animarũ exercentibus tam in Ciuitate q̃ in diocæsi Nostra Syracusana Mandamus, benedictiones quæ occurrerint faciendæ, faciant de mane in Ecclesiis cum missæ celebratione, & aliis solennitatibus quæ requiruntur, & nõ in domibus prophanis, admoneant quoq; sponsos & sponsas quatenus contriti & confessi, ad hoc sacramẽtum cum multa reuerentia accedant, abstinẽdo se ab omnibus illicitis, etiam a uerbis ridiculis, ne occasio detur contemnendi tam excellens sacramentum.

## De nuptiis secundis, An sint benedicendæ? Cap. XII.

CVm circa benedictionem secundarum nuptiarum dubitari contingat, & communis doctorum opinio sit, q̃ nuptiæ si sint tã ex parte uiri q̃ ex parte mulieris secundæ, uel ex parte mulieris tantum, non sunt benedicende: Si uero sint primæ ex parte mulieris, licet secundæ sint ex parte uiri, sunt benedicendæ: Monemus omnes & singulos curatos, ut in benedictionibus secundarum nuptiarum, ad loci consuetudinem attendant. Ita ut ubi consuetum fuerit se- c. vir a sit cum glo. de secũd. nup.

cundas nuptias benedici, secundũ determinatio-nem doctorum superius expressam, benedicant, ubi uero talis consuetudo non fuerit, abstineant ipsi curati Ab huiusmodi benedictione, sub pœ-na suspensionis a diuinis. Et alia per Nos, aut Vicarium nostrum imponenda.

c.i.de se-cun. nup.

## De libro nuptiarum. Cap. XIII.

AD curã Nostrã pastoralem pertinet nosce-re eos qui in faciẽ Ecclesiæ fuerint despon sati: Præcipimus igitur & mandamus, ut in una-quaq; Ecclesia parrochiali teneatur unus liber, in quo scribantur nomina & cognomina omniũ eo rum, qui ĩ eadem Ecclesia parrochiali benedictio-nem acceperint nuptialem, quem librum ipsi opti me custodiant, ut rationem reddere ualeant quo tiescũq; opus fuerit. Si quis uero curatorum, uel in tenendo librum, uel in scribendo dictorũ no-mina & cognomina (ut præfertur) negligens inuentus fuerit, pœnam ad Nos, & Vicarium no strum reseruatam, incurrat.

## De Banno super Matrimoniis contrahen-dis in Ecclesiis, faciendo. Cap. XIIII.

QVia sæpe accidit in diocæsi Nostra Syracusana, ꝙ ex rudium personarum ignorantia nonnulli adinuicem cōiunguntur, inter quos aliquo perpetuo existente impedimento nullū matrimonium consistere potest, sed adulterium uel incestus: Statuimus & ordinamus, ꝙ post ꝙ̄ in dicta diocæsi sunt contracta sponsalia, seu promissiones factæ, seu etiam contractum per uerba de præsenti matrimonium, si ab ipso inceptum fuerit, ante q̄3 nuptiæ fiant, & matrimonium consumetur, in una Dominica talia sponsalia publicentur, in ipsorum sponsorum parrochialibus Ecclesiis, infra missarum solennia, uel inter uesperas, quando maior populi multitudo aderit, per Plebanos, aut eorum Vicarios, qui admoneant omnes & singulos scientes aliquam consanguinitatem, uel affinitatem, aut aliquod impedimentum publicæ honestatis, aut cognationis spiritualis, seu legalis esse inter eos, propalent, & manifestent intra terminum octo dierum, quæ quidem denunciatio sub hac uerborum forma fieri poterit, Qualiter. N. filius talis, & . N. filia talis, sponsalia per uerba de futuro inuicem inter se contraxerunt, & intendunt transire ad matrimonium per uerba de præsenti: Vnde rogant omnes & singulos scientes aliquod impedimentum inter eos existere, propter quod inter ipsos ma-

c cum inhibito de clan. despon.

trimonium subesse non possit, illud uelint pro palare, ut incestus & alia peccata uitentur, assignã do terminum octo dierum.

# DE CVRATIS ECCLESIARVM & eorum officio. Tit. VIII.

## De aqua benedicta. Cap. I.

SAcerdos quilibet curatus populum aqua be nedicta cum deuotione aspergat, quæ prius omni die Dominico, exceptis Paschali & Penthe costes, benedici uolumus, qua & altaria & plebes aspergantur. Ad quod solum agendum speciale, mundum, & decens uas habeatur: Vetus uero aqua ne pedibus conculcetur, in sacrarium proi ciatur.

c. aquam sale de cõ sec. dist. iii.

## Vt singulis diebus Dominicis curati ex planent Euangelia & festa, atq; ieiunia populo annuncient. Cap. II.

CVm Dominus & Redemptor noster positu rus nobiscum rationem sit reuersurus, bene

operantes pro apportato lucro remuneraturus, seruos uero a bono opere torpentes damnaturus, cauendum est Nobis, ne talentum nobis donatum in terra fodiamus sed pro mensura unicuiq; poscenti Nos tribuere debemus, ut cum super pauca fideles fuerimus, supra multa constitui ualeamus. Idcirco præsenti statuto uolumus, & ordinamus, atq; districte omnibus curatis, & cappellanis animarum curam exercentibus: Præcipimus & mãdamus, cæteros uero rectores aliarũ ecclesiarum in domino hortamur, iuxta constitutionem concilii Tridentini, cuius tenorem inferius annotari fecimus: Vt singulis diebus Dominicis Euãgelium, quod est animarũ pabulũ populo declarent, Et decem præcepta custodire, & septem peccata mortalia euitare eundẽ doceant, atq; festa in hebdomada occurrentia Sanctorũ, & Vigilias eorum, maxime quæ de præcepto celebrãda, & ieiunanda sunt enuncient, Aliaq; ieiunia indita a Sancta Matre Ecclesia obseruare intiment, in quibus, Carnibus, Ouis, Caseo, cæterisq; lacticiniis non utantur, Et imprimis a uitiis abstineant, illud enim magnũ & generale ieiuniũ est a uitiis & iniquitatibus, & ab illicitis uoluptatibus sæculi abstinere. Nihil enim prodest homini ieiunare, & orare, aliaq; religionis bona

Matth. c. 25.

Cle. dudũ. §. uerum de sepul. disti. xxxxiii. p tot.

c. ieiuniũ de conse. distin. v.

agere, nisi mens ab iniquitate, & lingua ab obtrectationibus cohierceatur. Curent insuper ipsi ecclesiarum rectores, plebes sibi commissas docere orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum, in quo cōtinentur Articuli fidei, hortando etiam eas, ne ingratitudinis macula notentur, tā in principio q̃ in fine prandii, & cenæ, aliquam benedictionem & gratiarum actionem summo opifici referre, Et ut facilius ad id faciendum alliciantur, quotiescūq; id fecerint, Nos quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis eis misericorditer indulgemus.

c. ult. xliiii dis. in.

☞ Tenor concilii Tridentini

ARchipræsbyteri quoq;, Plebani & quicūq; parrochiales, uel alias curā animarū habentes ecclesias quocunq; modo obtinent, per se uel alios idoneos, (si legitime impediti fuerint) diebus saltem Dominicis & festis solennibus plebes sibi cōmissas, pro sua & earū capacitate pascant salutaribus uerbis, docēdo ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoq; eis cum breuitate & facilitate sermonis, uitia quæ eos declinare, & uirtutes quas sectari oportet, ut

pœnam æternam euadere, & cælestem gloriam consequi ualeant, Id uero si quis eorũ præstare negligat, etiam si ab Episcopi iurisdictione quauis ratione exemptum se esse prætenderet, etiã si Ecclesiæ quouis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monasterio etiam extra diocæsim existẽti forsan ãnexæ uel unitæ, modo reipsa in diocæsi sint, prouida pastoralis Episcoporum sollicitudo non desit, ne illud impleatur: Paruuli petierũt panem, & non erat qui frangeret eis, Itaq; ubi ab Episcopo moniti, trium mensium spatio munere suo defuerint, per censuras ecclesiasticas, seu alias ad ipsius Episcopi arbitriũ cogantur: Ita ut etiam si ei sic expedire uisum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri qui id præstet, honesta aliqua merces persoluatur, donec principalis ipse resipiscens officium suũ impleat. Si quæ uero parrochiales Ecclesiæ reperiantur subiectæ monasteriis in nulla diocæsi existẽtibus, si Abbates & regulares prælati in prædictis negligentes fuerint, a metropolitanis, in quorum prouinciis diocæses ipsæ sitæ sunt, tanq̃ quo adhoc sedis Apostolicæ delegati compellantur, Neq; huius decreti executionẽ consuetudo, uel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, siue recursus impedire ualeat, quousq; desuper a competenti iudice, qui summarie & sola facti ueritate inspecta procedat, cognitum sit

& decisum

## Hortatio ad sacerdotes super Euangelio prædicando. Cap. III.

Cum in populo Dei sacerdotes doctorum uice fungãtur, unde sacerdotes quasi sacra docẽtes dicũtur, Hortamur sacerdotes omnes, præcipue peritos, ut singulis diebus Dominicis & festis, Euangelium Christi non erubescentes infra missarum solennia, prout sibi Dominus tribuet, qui solet dare uerbum Euangelizantibus uirtute multa, illud populo in charitate & cordis simplicitate explanare debeãt: Omnem Domini nostri Iesu Christi actionem ad humanam institutionem deducendo. Imperiti uero, & si aliud dicere nescirent una cum propheta exclamẽt, Diuertite a malo & facite bonũ, Diligite Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex totis uiribus uestris, Et proximos uestros sicut uos metipsos, Et quod uobis non uultis, aliis ne feceritis, hæc ipsos sacerdotes simplices & imperitos, a peritioribus & doctioribus sacerdotibus, ea qua decet humilitate discere ne pudeat.

Arg. c. cleros. §. sacerdos xxi. dist. c. porro lxxxiiii. distin.

Psal. 67.

c. ullisimus &. c. multi sæculares. i. q. i.

Psal. 33.

## De nõ ministrãdo sacramenta extra propriã parrochiã, seu alienis parrochianis. Cap. IIII.

Grauis ad Nos quærela perduxit, q nonnulli suis iuribus & finibus non contenti, parrochianos alterius præsumant recipere temere ad diuina, cōtra canonicas sanctiones, & cū dictorū parrochianorū iudices non existant, nec ligandi, nec soluēdi in eos receperint potestatem, se tamē iudices faciendo in foro pœnitentiali, periculose absoluunt, & ligant pro libito suæ uolūtatis, sicq; ipsis qui proprios spernūt sacerdotes minime absolutis, illud salutiferū nostræ peregrinationis uiaticum, quod nō proficit nisi prius a criminū labe mundatis animarum suarum, & eorum qui id nō diiudicantes indiscrete recipiunt, periculum conferre nō uerentur, & dicti eorū sacerdotes qui curam recipiendo suam pro illorū animam obligarunt, dum sibi taliter subtrahuntur, statum ignorantes Egrotantiū quod in eis est sanare & cōsolidare, infirmum non possunt, nec alligare confractis, & sic dum curationis necessaria non adhibentur remedia, inualescentibus morbis, usq; ad interemptionem læsio dilatatur: Vnde sacerdotes nullam possunt sic de pereuntibus animabus superno iudici dare rationem. Itaq; nostrorum patrum qui Ecclesiæ sanctæ Dei, & personis Ecclesiasticis terminos quos non licet trāsgredi posuerūt, statuta cōsiderātes: Vniuersis sacerdotibus cuiuscunq; ordinis, con

.c. omni: utriusq; texus & c. q autē de pœni & remissi. cū multis simil

Ezechi. ca 34.

c. ecclesia. xiii. q. i.

ditionis, siue status existant in Ciuitate & dioc. st. Nostra degentibus, sub poena suspẽsionis, & sub debito fidei quam in receptione suorum ordinũ præstiterunt, & sub interminatione diuini iudicii firmiter inhibemus, & per uiscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi obsecramus, ne quis alienum parrochianum, cuius cura per Nos seu Vicarium Nostrum alteri est commissa, excepta necessitatis causa, quæ legem non habet ad confessionem non recipiat, nec ei Ecclesiasticum sacramẽtum porrigat nisi petita desuper licentia proprii sacerdotis, constitutionibus Ecclesiæ in omnibus & per omnia semper saluis.

Arg. c.I. de regu. iur.

¶ Quod mittant curati ad accipiendum chrisma, & sancta Olea tempore statuto, & ꝙ non mittantur layci.
Cap. V.

VT fidelium saluti atq; sacramentorum reuerentiæ quantum cum Deo possumus consulamus, & scandalis quæ ex sacerdotum incuria euenire possent obuiemus, eo magis, quo sæpe curatos comperimus, parum attendisse opportune habere sacramẽta de nouo cõfecta, Idcirco præcipimus

cipimus & mandamus omnibus & singulis eccle siarum rectoribus, ut per totum Iouis Sācti diē, mittant ad ecclesiam Nostram cathedralē ad accipiendum sanctum chrisma: atq; cathecuminorum & infirmorum Olea, Nobis in eadē ecclesia Nostra conficientibus & benedicentibus Olea p̄dicta, quando uero contingerit Nos aliqua urgēti causa impediti, uel absentes, prædictam consecrationem non facere, Volumus ipsos ecclesiarū rectores misisse ut supra per totū Dominicæ Resurrectionis diem, si quis uero in mittendo tempore iam statuto negligens fuerit, pœna ūciæ unius pauperibus erogandæ punietur, ultra: q᷑ ad ipsius expensas per Nos aut Vicarium nostrum Olea sancta prædicta transmittentur: Prohibemus insuper districtius, cum nō deceat quæ sancta sunt per prophanas manus contrectari, ne in posterum ab aliquo sacerdote curato ad ecclesiasticā sacramēta suscipienda aliquis laycus destinetur: quod certe ingnominiosum est, & per q̄ periculosum, cum ex hac sacerdotum incuria seu malitia multa scādala euenerint, & maleficia plurima sint subsequuta. Si quis autem huiusmodi statuti transgressor extiterit, tam ille qui dat prædicta Olea sancta q̄ ille qui destinat, grauissime totiēs quotiens hoc egerit plectetur. Illis uero qui præfata sācta Olea distribuerint districtius prohibe-

.c. omni tempore de conse. distin. IIII.

c. non satis de simo.

mus, aliquid petere ab his qui uenerint ad accipiendum ea, nec si quid etiam sponte obtulerint accipere audeăt, sub pœna carceris per mensem irremissibiliter infligenda, nō obstante quacūq; consuetudine in oppositum faciente.

## Quid facere debent curati deficiente Oleo sancto. Cap. VI.

QVia populus Ciuitatis & diocæsis nostræ Syracusanæ, Dei gratia semper in dies crescit & multiplicatur, & ita cum numerosus existat, plusq; fieri speratur, sequitur ut magna curati semper indigeăt materia sacramentorum, Idcirco monemus omnes & singulos Ecclesiarum Rectores ut uigilent, ne sacramenta infra annum deficiant, si uero ita minui illa uiderint, q; de facili deficere possint. Ipsi curati, super ipsis Oleis benedictis & consecratis infundant desuper stillatim Oleū nō benedictum, & sic omnia erunt benedicta & consecrata.

c. quod in dubiis de conse. eccle. uel alt.

## Quod nō liceat uti sacramentis ueteribus. Cap. VII.

QVia nonnulli sæpe reperti sunt in Ciuitate & diocæsi Nostra sacerdotes, qui ex crassa

Ignorantia, seu malitia, per multos dies & mẽses & nonnunq̃ per totum annum integrum, sacramentis nouis carẽtes, ueteribus abusi sunt in baptismate, non aduertentes, ꝙ tales improbi sacerdotes digni sunt depositione secũdum canonicas sanctiones. Hac præsenti cõstitutione sancimus, ꝙ utentes chrismate, & aliis sacramentis ueteribus, ultra iuris pœnam grauiter puniẽtur. Si quid uero de ueteribus Oleis superfuerit, in lãpadibus comburatur, uel in sacrario proiciatur.

c. siquis de conse. distin. iiii.

c. literis de conse. distin. iii.

Quibus sacramentis ueteribus utendum sit in casu necessitatis. Cap. VIII.

CVm sæpe necessitatis casu compertum sit euenisse, tam circa pueros baptizandos, q̃ circa infirmos perungendos, completo tempore usus debiti sacramentorum, nec de facili pro tali casu noua sacramenta haberi potuisse. Idcirco monemus omnes & singulos curatos sacramentorum administrationem exercentes, ut completo tempore debiti usus sacramentorũ, scilicet transacto die Iouis sancti in casu necessitatis, circa pueros Baptizandos nullo mõ utãtur ueteri sacramẽto, sed tantum in aqua baptizent. Sed si aliquis in extrema necessitate cõstitutus, petierit & uoluerit sacramentũ extremæ ũctionis suscipere, in tali

tc. si quis de alio de conse. di stin. iiii. casu, sacerdos confisus in magna Dei misericordia poterit infirmum perungere ueteri sacramento, Deum semper habens præ oculis, qui in necessitatibus non deserit afflictos, nec derelinquit sperantes in eum.

## ☞ Quod sacramenta non concedantur ad aliũ usum, q̃ per Ecclesiam ordinatum. Cap. IX.

Volentes sanctum Ecclesiæ institutum (sicut tenemur) seruare, & nullo pacto permittere, ut contra Dei & domini nostri præceptũ, sanctum detur canibus, & margaritæ ante porcos spargantur: Memores etiam in pontificali, ubi de Olei consecratione fit mentio, inter cætera demandari, ut Pontifex iubeat præsbyteris attente, ut iuxta canonum traditionem, chrisma & sancta Olea fideliter custodiant, & nullis sub prætextu medicinæ, uel maleficii, tradere præsumant, alioquin honore priuetur: Statuimus & mandamus, ut demandationem supradictam omnes diligenter custodiant, contra facientes autem, qui aliquo sacramento Ecclesiastico abusi fuisse conuincentur aut per se exercendo, aut per alios exerceri permittendo, ipso facto layci quidem, excommunicationis, clerici uero beneficiati, priuationis benefi-

Matth. c. 7.

c. 1. de custo. eu cha. & alio. sacra.

beneficiorum suorum & exilii, a Ciuitate & dioecesi Syracusana, non beneficiati autem, carceris annui, & post eum exilii poenam incurrant. Si qualitas delicti mayorem non requirat animaduersionem.

Cogantur layci seruare cōsuetudinem circa administrationem sacramentorum.
Cap. X.

CVm sacerdotes huius Nostri Episcopatus, nō habeant redditus, ex quibus possint uiuere sufficienter, & ob id, plures ex eis coguntur opera rusticalia operari, & est consuetudo antiqua in hoc Episcopatu, ꝙ administratis sacramentis, & data Ecclesiastica sepultura layci soluunt aliquam eleemosynam, dictis clericis interuenientibus in administratione dictorum sacramentorum, & ecclesiasticae sepulturae. Et sunt nonnulli, qui ex fermento cuiusdam impietatis, renuunt dictam laudabilem consuetudinem obseruare: quaerentes subterfugia quae non decent, & colores illicitos. Propterea statuimus, ꝙ dicti sacerdotes parrochiales, exhibitis libere sacramentis, & sepultura Ecclesiastica concessa, & nullatenus

c. ad apostolicá de symo.

antea cogant, iuris remediis dictos laycos, & forsan clericos, ad solutionem eorum quæ ex cõsuetudine solui, consueta sunt, siue illa sint in pecunia, siue in cereis, siue in aliis. Nos enim, aut Vicarius noster, uel nostri foranei Vicarii per diocæsim: nostram in prædictis auctoritatem præbebimus, Nostrum officium impartientes.

## ☞ Moneant curati parẽtes, ne filios infantes in lecto intra annũ teneant. Cap. XI.

c. consul uisti. ii. q. iiii.

MOneri mandamus omnes & singulos parrochianos utriusq; sexus, sub cura quorũlibet præsbyterorum Ciuitatis & diocæsis Nostræ degentes, ꝙ non audeant filios, uel filias, tam proprios uel proprias: q̃ alienos, uel alienas, saltem per annum unum a die natiuitatis eorum secum in lecto, ad lactandum, seu dormiendum, tenere, & collocare, ne negligentia uel culpa eorum suffocentur, ut sæpe contingit: Vnde ipsimet parentes, homicidii rei inueniantur, quod, nec sibi licere arbitramur, sub prætextu frigoris, quum non sint faciẽda mala, ut euitetur aliud malum, & posset aliter prouideri, si ponatur cuna circa lectum, aut tabula aliqua intermedia, ne possit infans op

primi,& tanto plus,quãto ætas illa est patiens fri goris, quem casum Nobis reseruamus.

## ☞ Quod in qualibet parrochia sit unus liber, in quo describantur parrochiani. Cap. XII.

DEbeat quoqꝫ in qualibet parrochiali Ecclesia, per illum, ad quem eius cura spectat, teneri unus liber particularis, & in eo describãtur, & descripta teneantur, nomina & cognomina omniũ & singulorum parrochianorum, cum non minus expediat, uasa uiuentium ꝙ metallorum custodire, & dominus dixerit, Agnosce uultum pecoris tui, Ex quo facilius erit ipsius curæ exercitium, in multis casibus, in quibus numerum, nominaqꝫ, & cognomina parrochianorum scire expedit: prout ex supra scriptis, & sequentibus constitutionibus liquere poterit. Prouer. c. 27. cir. fi.

## ☞ Curati se inuicem admoneant, quando excommunicati & infames discedunt de sua parrochia, & ad aliam se conferunt: Et diligenter se informent, de de qualitate nouorum parrochianorũ. Cap. XIII.

QVoties contingerit, ut quis excõmunicatus, uel etiam alius quicunq; notorius & scandalosus peccator, cum desperet se quiete uicturum in parrochia sua antiqua: Detecta sua excommunicatione, uel alio notorio graui crimine, Ad aliam parrochiam causa trahendæ moræ, & occultandi uitam suam, sub spe quietius uiuẽdi, (quãuis pax nusquam sit impiis) se transferat, curatus statim notificet præsbytero, ad cuius parrochiam, nuper parrochianus ille suus accessit, illũ excommunicatum esse, & excõmunicationis causam, uitam, & mores illius, quibus publicæ in ea parrochia notus est, describendo: ne contagio unius, reliquæ oues uocem sui Pastoris audiẽtes, corrumpantur, ipseq; dum ab omnibus uiderit se repelli, ad humilitatis gratiam & reconciliationis affectum, facilius inclinetur. Studeant etiam omnes curati, inuigilare super gregem suum, & cum aliquis incognitus accedit, ad habitãdum in parrochia sua, informent se de uita, & moribus illius, a curato suo antiquo. Caueantq;, ne sint de quibus inquit Propheta, canes muti nõ ualentes latrare, aut mercennarii, qui uident lupum ueniẽtem & fugiunt.

c. si quis a proprio xi.q.iii.

c. excommunicatos .xi.q.iii.

c. curæ.xi q.iii.

Esa.c.56.
Ioha.c.x.

☞ Vt pulsetur campana ter in die pro salutanda Virgine. Cap. XIIII.

Exhortet popu

CVm æquum & iustum sit, ut deuote illam sa/lutemus, per quam salus mũdi apparuit; Statuimus, ꝙ in qualibet parrochiali Ecclesia, per totum annum pulsetur campana ter in die, pro salutanda Virgine Maria, in mane, meridie, & uespere, ut bonum sit principium, melius medium, optimus finis; Populum exhortentur & inducãt sacerdotes, ut audito pulsu, deiparæ Virgini Mariæ Angelicam salutationem offerat, Eam pro pace deuote exorando, ut sic concessas a Pontificibus indulgentias, unusquisqꝫ consequi possit.

c. sane de cele. miss. ibi sacerdos vero.

## De libro defunctorum. Cap. XV.

STatuimus, ut in unaquaqꝫ Ecclesia parrochiali Ciuitatis & diocæsis Nostræ, teneatur unus liber: In quo scribant͂ oĩum mortuorũ illius parrochiæ nomina, & cognomina, dies, & locus, in quo sepulti fuerint. Si quis uero parrochorũ in tenendo librum, & in scribendo mortuorum no/mina, & cætera (ut præfertur) negligens inuentus fuerit: pœnam florenorum decem incurrat.

## De libris sex per curatos Ecclesiarũ tenendis. Cap. XVI.

ADuertant Ecclesiarum curati, & eorum locatenentes, libros sex, secundum quod suis locis disponimus, & mandamus, tute tenere, & fideliter conscribere. Librum scilicet omnium parrochianorum, ut unusquisq; curatorum possit uultum sui pecudis cum facilitate agnoscere. Librũ confitentium, & communicantium, ut appareat qui sunt admittendi tam ad diuina, q̃ ad Ecclesiasticam sepulturam. Librum defunctorum, ut appareat: de quibus Nos, aut uisitatores per Nos destinati, curare debeamus, & cognoscere, an eorum legata sint completa. Librum baptizatorũ, ut appareat affinitas quæ matrimoniũ impedit. Librum de sponsalibus, & nuptiis similiter, ut appareat affinitas, & consanguinitas quæ contrahitur: & Librum de censibus Ecclesiarum & redditibus. Si quis autem in his libris tenendis, negligens fuerit, aut fraudem cõmiserit, pœnam suis locis dispositam, non effugiet.

## De cappellaniis per clericos sæculares seruiendis. Cap. XVII.

QVia sæpe hominum malitia ad hoc deuenit, ut cappellanias perpetuas, seu annales, in testamentis siue ultimis uoluntatibus institutas, hæ

redes defunctorum, uel exequutores, per regula res, &quãdoq; apostatas: aut alio quouis nomine sacerdotes: nõnunq̃; indebite seruiri procurent: Statuimus & ordinamus, hæredes prædictos siue exequutores per Ecclesiarum curatos, uel eorum locatenentes, censura Ecclesiastica moneri debe re, ut cappellanias quascunq;, siue perpetuas, siue annales in eorũ ecclesiis parrochialibus, pro ani marum testatorum remedio relictas, & institutas: per sæculares clericos dũtaxat: & nõ alibi permit tant, uel faciant deseruiri. Nisi de dictorum de functorum incontrarium apparuerit, uoluntate. cap. quæ cunq; .x q. i.

De cappellanis non admittendis ad curam animarum, nisi inscriptis appareat eos per nos esse admissos & approbatos.

Cap. XVIII.

ET quia sæpe accidit auaritia, seu incuria curã torum, uel ecclesiarum rectorum, ad anima rum curam illos præferri, qui lepram a lepra di scernere pœnitus ingnorant: Statuimus & ordi namus, q; nullus cappellanus admittatur ad curam animarum, nisi sit per Nos aut Vica rium generalem, seu Visitatorem Nostrum Cũ sit ars artium de ætat. & qua. ordi. c. I. & . 2. de pœni distin. vi.

cap. quæ, cōq. x. q. 1. admissus & approbatus in visitatione. Et quia cō suevērūt insufficientes sacerdotes, se ipsos ad curam animarum ingerere, contenti etiam pauco stipendio: Monemus omnes & singulos curatos, sive ecclesiarum rectores, ne ratione stipendii, sufficientes sacerdotes dimittant, & admittant insufficientes, quod facile noverimus, si fecerint, in annua examinatione cappellanorum: Sed potius eorum saluti & honori, ac debito consulentes, nō solum, solitum stipendium cappellanis non minuant, verum etiam: dignis, & sufficientibus augmentent: Ut Dominus Deus illis quoq; suā augeat gratiam. Volumus insuper ꝙ præfati cappellani, sic ut præfertur admissi, nullo modo infra annum, ecclesiarum parrochialium servitiū, dimittere audeant: nec etiam a rectoribus earūdem expelli, absq; legitima causa, per Nos, aut Vicarios Nostros foraneos cognoscenda.

## ☞ De tabella in unaquaq; Ecclesia parrochiali tenenda. Cap. XIX.

quare?

QVia nonnulla tenentur Christi fideles perficere, adiuvante gratia Dei, per Iesum Christum Salvatorē nostrū, & multa quoq; evitare, &

uelint ad uitam ingredi, ne quis eorum ingnorã tiam allegare possit, ac ut omnibus palam sit osti um ad ingressum Regni cælestis: Statuimus & or dinamus, ꝙ in unaquaqꝫ Ecclesia parrochiali, Ci uitatis & diocæsis Nostræ Syracusanæ sit, & per/ petuo teneri debeat, una tabella affixa in loco pu blico, & magis a populo frequẽtato, intra muros ipsius Ecclesiæ: In qua tabella, scripta sint ex litte ris claris & legibilibus, Duodecim fidei articuli, Decem mandata legis, Septem peccata morta/ lia, ac etiam Sanctæ matris Ecclesiæ præcepta, ui/ delicet, ꝙ unusquisqꝫ christianus tenetur baptiza ri, confirmari, peccata sua sacerdoti adminus se mel in anno confiteri, & Eucharistiam sumere: Itẽ festa per Ecclesiam ordinata custodire, In uigiliis, quatuor temporibus, ac quadragesima ieiuna/ re: Et simul etiam qꝫ grauiter punietur, qui præ/ dicta non obseruauerit. Siquis autem curatorũ, uel eorum locatenentium, prædictam tabellam (ut præfertur) affixam tenere omiserit, pœnam ducati unius, ipso facto, se nouerit incurrisse.

In infrascriptis consistit Tabella.

# PREDICA, A TVTTI LI FIDELI Christiani, estratta dal libro della uita, del Nostro Signor Giesu Christo cruci fisso per amor nostro.

DIce il Signor, temete & honorate, laudate & benedicete, ringratiate & adorate Dio Omnipotente, in trinitate & unitate, cio e, Patre, Figliolo, & Spirito sancto, creator del tutto, facete penitenza, facite fructi degni di penitenza, & sapiate, che presto morirete, date & ui sara dato, perdonate & ui sara perdonato, & si uoi non perdonerete, il Signor non perdonera a uoi li peccati uostri. Beati sono quelli che morono in penitēza, perche saranno nel Regno del cielo, guai a quelli liquali non morono in penitenza, perche saranno figlioli del diauolo, l'opere di quale essi fanno, & anderanno nel fuoco eterno Schiffate, & astenetiue da tutti li mali, & perseuerate nel bene insino al fine, li Giudei dimandano segni, li Greci ricercano sapientia, ma Noi predicamo Giesu Christo crucifisso, alli giudei scandalo, alli infideli, & mali christiani cosa ridicula ma alli fideli, & ueri christiani, uirtu & sapiētia del Patre. Ricorremo donq; a questo Signor & Saluator nostro, con ferma fede, in tutte le nostre aduersitadi; & facciamo orationi adesso, & la matina, &

nel mezo giorno, & nella sera: & saremo sicuri, purche con feruore diciamo la sua Dominicale oratione, da qualsiuoglia danno & periculo dell'anima: pregandolo che illumini lo intelletto nostro, si & talmente, che possiamo perfectamente amare esso, & seruare li suoi diuini precetti, & consequire la gloria eterna, per sua santa gratia, & misericordia Amen.

☞ Quello che ogni Christiano e obligato sapere, per la salute dell'Anima.

La declaratione delli diece comandamenti.

Il Primo, Adora un solo Dio, & amalo sopra ogni cosa.

☞ In Questo comãdamẽto, peccano tutti quelli, che amano piu le cose del mondo, che quelle de Dio, & quelle che inuocano li demonii, & adorano li idoli, & quelli che dubitano nella fede, & credeno alli sogni, & alli incanti alli indiuini, alle fattuchierie, a stregarie, a giorni, ad hore, a tempi, a punti, pioggie, & uenti: ligature: a segni: a charatteri: ad uccelli: a cornachie: a ciuette: ad altre fantasie aliene: & fuora del culto diuino.

Il secondo comandamento.

Non giurare, ne biastemare.

☞ In questo comãdamento, peccano tutti quelli, che nominano il nome de Idio con poca reuerenza, burlando, mottegiando con parole otiose, & quelli, che giurano il falso, & rompeno li uoti, & disprezano li beneficii de Idio, & si desperano di sua misericordia, & mormorano di esso, & quelli, che giurano & biastemano Dio, o la matre, & li suoi santi, o sante, o le cose celeste, o le terrestre, & quelli, che aggiõgono al suo parlar, piu di si, si: o, no, no.

Il terzo comandamento.

Guarda & sanctifica le feste.

☞ In questo comandamẽto, peccano tutti quelli, che la Dominica & feste comandate fanno, o danno principio di fare alcuna opera manuale, o uero altre cose dishoneste, lasciue, & sensuali, o chi in quel giorno non riconosce li beneficii di Idio, & non ha contritione di soi peccati: & non ascolta la santa messa, prediche, officii, & altre cose necessarie, alla salute.

Il quarto

Il quarto comandamento.

Obedisce al patre,& alla matre.

☞ In questo comãdamento,peccano tutti quelli,che non sono obedienti al patre,& alla matre, & non li aiutano,& souegnano nelli lor bisogni, & necessita:& quelli che non sono obedienti, & reuerenti alli lor prelati,& patri spirituali,& a uecchi:& a signori temporali,in tutte le cose giuste, & sancte,secondo la uolunta de Dio.

Il quinto comandamento.

Non ammazare,ne uoler male a nissuno.

☞ In questo comãdamento,peccano tutti quelli,che offendeno il proximo, percuotendolo, o uer occidendole il corpo,o la anima, dãdole mali ammaestramenti,& mali esempi,& sono principio di scandali,& quelli che portano odio, & nõ uoglino perdonare l'offesa, & cercano far uẽdetta,& desiderano la morte di alcuno.

Il sesto comandamento.

Non robbare,& rendi se hai robba d'altri:

☞ In questo comādamento, peccano tutti quelli, che per forza, o furto, o fraude, o inganno, giuramento, o rapine, o simonia, o trouata, o fatica di operario, ritengono, o pigliano la robba d'altri, contro il uolere del prossimo.

Il Settimo comandamento.

Non fare adulterio, ne cosa dishonesta.

☞ In questo comandamēto, peccano tutti quelli, che rompeno la fede del santo matrimonio, & commettono alcuno peccato di carnalita, & non osseruano la castita integra del'anima, & del corpo.

L'ottauo comandamento.

Non dir bugia, ne falsa testimonianza.

☞ In questo comādamento, peccano tutti quelli, che fanno la bugia, & falsa testimonianza, & fanno li giuditii temerarii, & disfamano il prossimo, & quelli che sonno hipocriti, & che dāno ad intendere ad altri, essere miglior che non sono.

Il Nono comandamento.

Non desiderare la persona d'altri.

☞ In questo comandamēto, peccano tutti quelli, che desiderano huomini, o donne piccioli, & grandi, lasciuamente con intentione di peccato, Et precipue la donna d'altro.

Il decimo comandamento.

Non desiderare la robba d'altri.

☞ In questo comandamēto, peccano tutti quelli che desiderano la robba d'altri, con offesa de Dio, & danno del prossimo.

☞ O, alto & glorioso uero Iddio, illumina le tenebre del cuor mio, dammi fede diretta, speranza firma, & charita perfetta, senno e conoscimento. Amen. Sia ringratiato Dio. Amen.

LI SETTE PECCATI MORTALI
con li suoi rami, & ogni peccato.
ha sette rami, ma la superbia
ne ha quatordici.

De Superbia.

SVperbo e quello, che si riputa buono, superbo e quello, che si riputa il bene che ha, hauerlo da se, & non da Dio: superbo e quello, che si riputa il bene che ha, hauerlo da Dio, ma per soi meriti, ambitione, discordia, inobedientia, hipocrisia, uanagloria, ostinatione, prosuntione, derisione, contentione, & pompa.

## De Ira.

☞ Ira ha sette rami, impatientia, disperatione, furore, homicidio, biastemma, contumelia, & minaccie.

## De Inuidia.

☞ Inuidia ha sette rami: dolor, del ben dello prossimo, rallegrarsi, del mal del prossimo, mormorar, del prossimo, tacere il bene, del prossimo, sospitione, odio, afflictione.

## De Accidia.

☞ Accidia ha sette rami: star pẽsoso in cose mali, hauer poco animo a far bene, lasciare il bene incomenzato, pentirsi del ben fatto, tepidita, pigritia, & ocio.

## De Auaritia.

Auaritia ha sette rami,furto,fraude,ingāno , giu ramento,rapina,simonia,& usura.

## De Gola.

Gola ha sette rami,inastinentia,trop po mangiare,troppo bere,imbriachezza,uomito,immonditi a,crapulare.

## De Luxuria.

Luxuria e, desiderare,& fare ogni atto di carnalita fuor del santo matrimonio.

¶ Sette uirtu , contra sette peccati mortali.

La humilita,contra la superbia.
La patientia ,contra la ira.
Lo amor del prossimo,contra la enuidia.
La largita,contra la auaritia.
La diligentia,contra la accidia.
La astinentia,contra la gola.
La castita,contra la lussuria.

## LE OPERE DELLA MISEricordia.

☞ Le opere della misericordia, sono quattordici, sette corporali, & sette spirituali, le corporali, dar mangiare al pouero, dar bere al pouero, uestire il pouero, uisitare lo infirmo, riscattare lo carcerato, allogiare li pelligrini, sepellire li morti.

Le opere della Misericordia spirituale.

☞ Insignar lo ingnorante, dar sauio consiglio, corregere lo errante, consolar li afflitti, sopportare le ingiurie, perdonare le offese, pregare Dio per amici & inimici.

Li cinq; sentimenti del corpo sono questi.

☞ Viso, Audito, Gusto, Odorato, & Tatto.

Li sette sacramenti della Ecclesia.

☞ Battesmo, Cresima, Confessione, Communione, Ordine sacro, Matrimonio, & Estrema ontione.

Le quattro uirtu Cardinale.

☞ Prudentia, Temperanza, Fortezza, & Giustitia.

Le tre uirtu, Theologice.

☞ Fede, Speranza, & Charita.

Li diece comandamenti della lege canonica.

1 Di osseruar li digiuni.
2 Di osseruar le feste.
3 Di ascoltar le messe.
4 Di pagare le decime.
5 Che ciascuno masculo, o femina, poi che alli anni della discretione sara gionto, confessi tutti li suoi peccati, al proprio sacerdote, al meno, una uolta l'anno.
6 Che si communichi almeno, una uolta l'anno, in la Pasca.
7 Che non mangi carne, in certi giorni.
8 Che nelli giorni di digiuni, si astenghi di alcuni cibi.
9 Delli tempi, nelli quali, sono uetate le nozze.
10 Che il debito matrimoniale, non si richieda in certi giorni, & tempi.

☞ Li dui precetti della lege di natura.

1 Tutte le cose, che uolete che li homini faccia-
no uerso di uoi, & uoi fati il medesmo a loro.
2 Quel che odii, & non uorresti si facesse uerso
di te non lo fare ad altro mai.

☞ Li dui precepti, della lege di gratia.

1 Amerai il signor Dio tuo, cõ tutto il cor tuo,
& con tutta l'anima tua, & di tutta tua uirtu, &
di tutte tue forze.
2 Amerai il prossimo tuo, come te stesso.

☞ Li Dodeci articoli, della santa fede.

1 Pietro, Credo in Dio patre omnipotẽte, crea
tor del cielo, & della terra.
2 Andrea, Et in Iesu Christo figliol suo, unico
signor nostro.
3 Giacouo magiore, il qual concetto fu di Spiri
to santo, nato de Maria uergene.
4 Ioan. Passionato sotto pontio pilato, crucifis
so, morto, & sepolto.
5 Thom. Discese alle inferiori parti della terra,
il terzo di resuscito da morti.
6 Giac. min. Ascese al ciel, siede alla destra di
Dio patre omnipotente.
7 Filippo, dilla ha da uenire, a giudicare uiui &

morti.

8 Barth. Credo in lo Spirito santo & sãta chie sa catholica.
9 Matth. Communione de santi, & delle sante
10 Simon, la Remissione de peccati.
11 Thad. La resurrettion della carne.
12 Matthia, La uita eterna. Amen.

Per fare la uera confessione, bisognano tre cose.

☞ Contritione di cuore, confessione di bocca, & degna satisfattione di opere, se una ne manca di queste tre, nõ e uera cõfessione, ma cõfusione.

## IL PATER NOSTER.

Padre nostro che sei nelli cieli, sia santificato il nome tuo, uenga il regno tuo, sia fatta la uolunta tua, come nel cielo, cosi anchora in terra, Il pane nostro d'ogni giorno, dallo a noi hoggi, Et remette a noi li nostri debiti, cosi come noi remettiamo alli nostri debitori, & nõ ce indure nelle tentationi, Ma libera noi da ogni male. Amẽ.

Declaratione del medesimo.

☞ O dulcissimo padre nostro, Signor Iesu

Christo, io ti laudo, io ti ringratio, io ti ado-
ro qua, & in qualunq; altro loco siate stato ado-
rato, ben ti possiamo signor chiamar padre no
stro, imperoche, tu solo sei il uero padre di tut-
ti, per molte cause, ma le principali sonno que-
ste, per creatione, per gubernatione, per redentio-
ne, per glorificatione.

Il qual sei nelli cieli.

Cioe: con li santi Angeli, nella uita beata.

Sia santificato il nome tuo.

Cio e, sia santificato in noi, nel pensare, nel parla-
re, & ne l'operare; Et da noi non si habbia da
cercare altro, se non solo la laude, l'honor, &
la gloria del nome tuo.

Venga il regno tuo.

Cio e, uenga in noi la gratia tua, accio che noi
non siamo retti, & gouernati da noi, ma che tu so
lo sii quello, che ne habbi ad gouernare, & regnar
in noi, & in tutte le altre genti.

Sia fatta la tua uolunta, come su nel ciel,
cosi anchor in terra.

Cio e, che cosi come la tua santa uolunta, e fat-
ta dalli santi Angioli, & altri spiriti beati in
cielo, cosi sia fatta da tutte le creature in terra.

Il pane nostro d'ogni giorno, dallo a
noi hoggi.

Cio e, pane sopra sostantiale, sacramentale, doè

trinale : & materiale.

Et rimetti a noi li nostri debiti, cosi come noi rimettimo, alli nostri debitori.

Cio e, cosi Signor perdona a noi li nostri peccati, come noi perdonamo, a qualunque ne ha offeso.

Et non ci indure nella tentatione.

Cio e, facci forti, constanti & uittoriosi, & che non habiamo da consentire ad esse, lequali ci sono date di continuo, dalle tentationi del demonio : dal mondo, & dalla carne.

Ma libera noi dal male.

Et specialmente, dalla Superbia, dalla Ira, dalla Inuidia, dalla Accidia, dall'Auaritia, dalla Gola, dalla lussuria, & da tutti li altri uitii, & peccati. Amen.

## L'AVE MARIA.

IDdio ti salui Maria, piena di gratie, Il Signor e, con teco : Benedetta sei tu fra laltre donne, benedetto, e il frutto del uentre tuo Iesu : Santa Matria matre di Dio : prega per noi & per tutti li peccatori. Amen.

Li giorni di digiunare.

¶ tutta la quadragesima: cioe: dal giorno delle

cenere, fino al Sabbato sāto, eccetto li giorni de Dominica.
Le quattro tempora de l'anno: cioe, di primauera nella prima settimana intera di Quadragesima, di estade, la settimana della Pentecoste,
Di autunno, nella terza settimana di Settembre.
Di inuerno, il mercori, uenere, & sabbato, inanti la Vigilia di Natale.
Le uigilie, di Natale del Signore.
Della assumptione di santa Maria Virgine.
Di tutti li Apostoli.
Della natiuita, di san Giouanni battista.
Di san Lorenzo.
Di tutti li santi, cioe, il primo di Nouembro.

☞ Li giorni delle feste da osseruare, & nelliquali si deue udir Messa.

☞ Lo Natale di Nostro Signor Iesu Christo.
Di san Stefano prothomartyre.
Di san Giouanni Euangelista.
Delli santi innocenti.
Di san Siluestro Papa, & confessore.
Della Circoncisione, di nostro signor Iesu Christo.
Della Epifania, del medesmo Nostro Signore.
Della Pascha, con li dui giorni sequenti.

Della Ascẽsione, di nostro Signor Iesu Christo.
Della Penthecoste, con li dui giorni sequenti.
Della sollennita, del corpo di Christo.
Della Natiuita, Annontiatione, Ascensione, & Purificatione di santa Maria sempre Virgine, Matre di Dio.
Della Natiuita, di san Giouanni battista.
Delli dodeci Apostoli.
Di san Lorenzo martire.
Della dedicatione, di san Michele.
Della sollennita, di tutti Santi.
Di san Martino Vescouo, & confessore.
Della inuentione, de santa Croce.
Li giorni, di Dominica.
Le feste delli Vescoui, particularmente nelli suoi Vescouadi, o uer diocese, hanno laudate.

FINIS.

De nouis cappellis, & oratoriis non erigendis, & pœna, in illis celebrantium.

Cap. XX.

PRæsenti constitutione declaramus, ut iuxta canonicas sanctiones nullus in parrochia erigat, uel erigere patiatur nouas Ecclesias, uel post hac miraculum de nouo factum prætendat, uel in campis statuas erigat, prætextu noui miracu-

c. hic ergo de cõse.disti.1.

c. II. de reliqui. & ven. san. li, com truncis, ad quos pecuniæ reponãtur, sine licentia Nostra, cum populus nouitate gaudeat, & soleat aliquando leui assertione miraculorum, ad unum & alterum locum, populariter concurrere, & candelas & alia uota offerre: quo fit, ut matrices Ecclesiæ debitis fraudentur honoribus, & sæpe numero, falsa pro ueris, in his locis profe rantur, & publicentur. Volentes itaq;, credulæ simplicitati Nobis commissæ plebis consulere, & nouis impudentibusq; hominũ mente corruptorum ad quæstum, occasionibus obuiare: Mandamus, ut Nostri officiales, & rectores parrochialium Ecclesiarum, ubi similia attentantur, infra quindecim dies, a die talis nouitatis factæ, & publicatæ, computandos, ad Nos uel Vicariũ nostrum deferant: ut cum causæ cognitione quod iustum erit decernere possimus. Et si officiales Nostri, atq; rector, in cuius parrochia & plebe, fuerint huiusmodi erectæ Ecclesiæ, uel quid ex supradictis attentatum, Nos certiores non fecerint, lapsis quindecim diebus prædictis, aut quis præsbyterorũ ĩ huiusmodi Ecclesiis de nouo erectis, ausus fuerit celebrare, graui pœna pro arbitrio Nostro, subiacebit.

## De depositis amouendis. Cap. XXI.

QVorundam autem fastum detestamur: qui mira arte & maxima cum impensa, laborata sepulcra in locis eminentibus, & plerumque altaria excedentibus, super quibus unigenitus Dei filius, æterno patri quotidie pro humani generis salute uictimatur, collocare præsumunt: & terram terræ debitam reddere contradicunt: ut sic etiam, post carnis interitum, mundana superbia perseueret: Cum carnis locus propriæ terræ sit, & nihil referat, ut corpus magis in honorifico, & in altum suspenso mausoleo: quam in uili, & humi posito busto putrescat: Immo ut Beatus inquit Augustinus, quos peccata grauiora deprimunt, si in huiusmodi locis se sepellire faciunt, Restat, ut de sua præsumptione iudicentur: quatenus eos sacra loca non liberant, sed de culpa temeritatis accusant. Mandamus idcirco, omnibus & singulis Ecclesiarum Rectoribus, ut de cætero: huiusmodi sepulcra in locis sic eminentioribus locari non permittant: etiam locata destrui, & solo adequari procurent. Hortantes quoque regulares, cuiuscunque ordinis existant: ut huic nostræ constitutioni conformes se reddant, potius sacrorum locorum reuerentiam attendentes, quam mundanorum superbiæ complacentes: & hoc, sub pœna excommunicationis, & unciarum decem.

c. anim. defunctorum .xiii q.ii.

c. quibus peccata .xiii.q.ii.

sup. hoc e bulla ... cum primum ... in ecclesijs ... bullario

# DE SACRORVM CVSTODIA & eorum ueneratione. Tit. IX.

## De custodia & loco Eucharistiæ atq; eiusmodi innouatione. Cap. I.

CVm in uisitationibus Ciuitatis & diocæsis nostræ, quas, & per Nos, & per alios per Nos delegatos, superioribus annis faciendas curauimus: sacramentum magnum quod est Eucharistia, in multis locis non ita digne, atq; in loco honorabili pro ut decet repertum est: Mādauimus, & ita denuo præsenti constitutione Mandamus, ꝙ in qualibet parrochiali Ecclesia, in qua Eucharistia in conuenienti loco non tenebatur: Tabernaculum ligneum, pulchrum cum sua claui fiat: & super altari magno, aut in alio decēti loco collocetur, & ita bene & firmiter stabiliatur: ut inde per sacrilegas manus auelli nullo modo possit. Vt sic Eucharistia sit in loco singulari mundo, & clauso, & conseruetur in suo tabernaculo: nō ex uitro, aut ligno, aut ebore: sed honorabili (in plebibus ac locis pinguibus) Ex argento: in aliis uero ex auricalco deaurato: cum suo corporali: cum suo serico uelo, & locato super altare portatile. Item Statuimus & ordinamus, ut omnes iurisdictionis Nostræ sacerdotes: animarum curam &

c.sane de cele.miss.

c.i.de custo.euch.

ram & Eucharistiæ administrationem in Ecclesiis suis habentes, si personaliter resideat: Alioquin, hi qui uices eorum gerũt, adminus bis in mense, Eucharistiam infirmorum causa reseruatam, su/mant, & nouam parent, contrafacientes arbitrio Nostro grauiter punientur.

Quod continue ante Corpus Christi ardeat lampas. Cap. II.

MOnemus etiam quoscunq; Ecclesiarum, uel beneficiorum, dignitatum, uel officiorũ ec clesiasticorum quorumcunq;, curam animarũ ha bentium Rectores, commendatarios, eorunq; ui ces gerentes, subrogatos, uel cappellanos, pro tẽ pore existentes, ut ante sacramentum: quod est lucis candor æternæ, lampadem semper die no/ctuq; ardentem conseruent, cum in lege manda/tum sit per Dominum, ignis semper ardebit in al tari meo, seruato more & consuetudine cuiuscũq; loci. In casu uero quo, si aliquis alius in honorẽ sacramenti, & in remissionem peccatorum suo/rum, unam lampadem accẽsam, uel plures, sump tibus hæreditatis suæ teneri in testamento, aut le gato, aut alio quouis modo, reliquerit: propter hoc, exemptos esse nolumus prædictos Ecclesia/rum rectores, a conseruatione lampadis semper

Sapi.c.7.

Leui.c.6.

L.

ardentis, ut supra Mandauimus: Sed omnes simul iunctæ, etiam si mille fuerint, semper ardeant. Si quis autem prædictorum rectorum, huic Nostræ constitutioni contrauenerit pro Nostro, aut Vicarii nostri arbitrio, grauiter punietur.

c. cleros circ. fin. xxi. dist.

## De reuerentia, & custodia sacrorum sacramentorum Cap. IIII.

NE propter irreuerentiam sacramentorum, ira Dei sæuiat in ministros, & ne ad ea, quæ ad salutem nostram proposita sunt, Temeraria manus extẽdi ualeat ad aliqua horribilia, uel nepharia exercenda: Statuimus & ordinamus, ut chrisma & oleum sanctum, & cætera sacramẽta sub diligenti custodia seruentur. Vbi uero locus proprius honorabilis, ac decens ad tantorum sacramentorum custodiam defuerit: reponantur in loco, in quo sanctissimum Eucharistiæ sacramẽtum custoditur. Ipsosq; curam animarum exercentes, etiam admonemus, ut claues sacramentorũ apud se obseruẽt, & singuli, singulas claues habeãt, Eas in manu laycorũ uel clericorũ, aut iuuenũ, non dimittẽdo, quibus cum claues thesauri, ac pecuniæ suæ uerisimiliter non dimitterent, multominus, has, per quas, Regni cælorum portæ aperiũtur, huiusmodi credere debent.

c. I. de custo. euch. & alio. sacra.

## De uasis Oleorũ sanctorũ. Cap. IIII.

QVia sæpe periculũ imminebat, effusionis sanctorum Oleorum, ex fractione ampullarũ uitrearum, in quibus ipsa olea sancta conseruari solebant. Idcirco Ecclesiarum rectores Monuimus, & per præsentem constitutionem iterũ Monemus, ut habeant tria uascula argentea, uel stãnea, in quibus separata olea sancta reponantur: & in loco decenti superius expresso, reuerenter custodiantur.

Arg. c. vasa & c. ut calix de conse. di. stin. i.

## De Reliquiis sanctorũ honorifice seruãdis. Cap. V.

QVia Sancti in corporibus suis, pro Christo magna pertulerunt tormenta, indecens est fidelibus Christi, sanctorum reliquias ubicũq; seruare, sed sicut corpora illa, habitaculum fuerunt spiritus sancti, sic decet ea tale nunc, consumata pugna, adepta uictoria, habitaculum habere: ut non solum, a prophanis secernantur, uerum etiam habeantur inter sacra. Quare præsenti constitutione Præcipimus, & Mandamus, ut reliquiæ sanctorũ, in ecclesiis seu sacristiis, cũ omni ueneratione custodiant, & in loco specialiter de-

c. vnico de reliqu. & vene. sanct. lib. vi.

putato, & ita ornato, ut uidentes, ibi sanctorum reliquias repositas esse cognoscant, & ad eas ue nerandum compellantur. Si quis autem ex eis, ad quos spectat sanctorum reliquiis locum (ut præfertur) parare neglexerint: & in eo illas reponere; per Nos, aut Vicarium nostrum grauiter punietur. Vltra, quod illius expensis locum prædictum Nos parari curabimus.

## De reuerentia facienda, sanctissimo nomini Iesu. Cap. VI.

CVm diuina celebrantur solennia, & nomen Domini nostri Iesu Christi fideles audiũt nũciari, capita sua reuerenter inclinent: Cum in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et omnibus ita faciẽtibus pro qualibet uice, quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentiis, misericorditer in domino relaxamus, & hoc sæpius, sacerdotes populo intiment.

c. decet domũ de summu. ecclc. lib. vi.

Paul. ad Ro. c. 14.

## Ne Cruces & sanctorum Imagines, humi, uel in locis immundis teneantur. Cap. VII.

CVm Nobis esse debeat cura diligens per omnia, quantum possumus, superni numinis

Religionem

Religionem tueri,& quæ in imaginẽ fiunt, in eũ quem imago refert, esse facta uideantur, Ordinamus, ne quisq̃ crucem, aut alicuius sancti imaginem, in locis immundis, uel in solo, uel in silice, uel in marmoribus humi positis, aut pauimentis, quæ hominum aut animalium pedibus terantur, sculpere, aut pingere, sculptaq̃, aut pincta tenere audeat. Omnes & singulos ecclesiasticos & sæculares, ad quos spectabit monendo, q̃ infra octo dies, ab harum constitutionum publicatione enumerandos, Cruces, & imagines ita positas in ecclesiis, & cœmeteriis, aliisue locis suis repertas, deleant, aut delendas curent, sub pœna arbitrio Nostro imponenda.

c. si canonici. §. cæterum de offi. ordi. lib. vi.

Cod. ne mini licere ac si. sal. l. vnica.

## De non faciendo uigilias in Ecclesiis nocturno tempore, sub quo uis prætextu. Cap. VIII.

ET si fideles olim, similes hominibus expectãtibus dominum suum quando reuertatur a nuptiis, sanctorum uigilias in ecclesiis pernoctando, & orationibus instando obseruauerint. Videns tamen sancta mater Ecclesia eam laudabilem usum, in pernitiosum abusum, & orationes illas ignitas, cæteraq̃ pietatis opera, in com-

Lucæ. ca xxii.

cap. non oportet dist. 41. cap. irreligiosa de conse. dist. iii. messationes, impudicitias, & alias abominationes mutata, nec ad primam suæ institutionis perfectionem reduci posse: sed in dies peiora fieri, in opprobrium Iesu Christi, & sanctorum eius, illas noctis uigilias Spiritu sancto edocta, in ieiunia commutauit. Quia uero huiusmodi uigilias per Ciuitatem & diocæsim nostram, in aliquorum sanctorum festiuitatibus, adhuc obseruari nouimus, non sine animarum periculo: Cupientes malorum occasionem auferre, sanctæ matris Ecclesiæ uestigia sequentes, tanto errori, paterna charitate succurrere censuimus. Præsenti igitur constitutione Mandamus omnibus, & singulis tam monasteriorum prælatis, quam aliarum Ecclesiarum rectoribus, etiam societatum, seu confraternitatum sæcularium: ne in eorum Ecclesiis huiusmodi uigilias, quauis causa, etiam uoti prætextu fieri permittant, sub pœna excomunicationis, & aliis pœnis Nobis reseruatis, transgressoribus irremissibiliter infligendis. Satius est enim, periculo procul esse, quam in tam facili lapsu, grauare pastores ad custodiendum uigilias noctis, supra gregem suum, Eo præsertim tempore, quod multa impiis suadere, & custodes etiã diligentes cælare solet: Ea igitur uota soluentes, domi uigilent, & orent, in noctibus extollentes manus suas in sancta.

Cle. i. de cele. miss.

Psal. 133.

## De pœna contra blasphematores. Cap. IX.

CVm homines linguam cogitationis interpretem acceperint, ut ea potissimum Deũ, eiusq; sanctos præcipua religione laudando, quotidie magnificare & glorificare deberent, ualde impium est, ut scelerata quorundam ora, in ipsum cæli, & terræ creatorem, nec non unigenitum eius filium Dominum nostrum Iesum Christum, Almamq; eius genitricem, sanctosq; alios, ita passim aperiant: Vt pleriq; uolentes sibi, fortis, & animosi nomen in populo uendicare, non prius, id se assequi posse arbitrentur, q̃ si ad omne uerbum Deo Christo, eiusq; matri, & sanctis, maledicere, inq; uerba contumelijs plena effundere didicerint, contra quos scriptura clamat, Domine maledicti erunt, qui contempserint te, & condemnati erunt omnes qui blasphemauerint te, Et iterum, homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum, Et qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis populi multitudo, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Vt igitur eorundẽ sceleratorũ ora occludant, diuinaq; maiestas a tãta iiuria uindicetur, omnibus

Tob.c.13

leui.c.24

& singulis ecclesiarum rectoribus, & curam animarum exercētibus Ciuitatis & diocæsis Nostræ Syracusanæ Præcipimus & Mādamus, sub pœna Nobis reseruata, iuxta negligentiæ seu inobedientiæ qualitatē insligenda, ut ad minus, quater in anno, intra missarum solennia festiuis diebus, detestando hoc scelestissimū blasphemiæ uitium, præsentem constitutionem populo notificent: & pœnas in ea cōtentas, talibus blasphematoribus irremissibiliter insligendas ad memoriam reducant: ad quod etiam in suis Ecclesiis faciendū, omnes & singulos cuiuscunq; ordinis, Priores & guardianos, hortamur in domino. Prædicatores uero, & si contra tales in contionibus suis semper inuehi deberent, in singulis tamen hebdomadis quadragesimæ, semel ad minus, blasphematores acriter reprehendere uolumus, Adhortenturq; parentes, ut filios corrigant, & eos bene nutriant, ne iurent, aut blasphement, iurantes autem & blasphemantes castigent. Similiter Dominos temporales, & Ciuitatum seu locorum officiales adhortentur, ut pœnam a iure statutam, blasphematoribus irremissibiliter insligant.

c. statuimus de maled.

☞ Pœne contra blasphemos per Nos constitutæ sunt huiusmodi, stantibus semper in suo robore & firmitate pœnis, per sacros canones con

ftitutis & ordinatis,non enim illas diminuere in/
tendimus,sed augere.

☞ Quicunq; cuiuscunq; conditionis, & ftatus ausus fuerit blasphemare fanctissimum Dei, uel Domini nostri Iesu Christi nomen, Eiusue glo/ riosissimæ Virginis matris Mariæ, aut eis male dicere, seu in ipsorum detractionem & uilipen/ dium, iniuriosa uerba dicere, siue particulariter, siue generaliter sub curiæ cœlestis, uel alio simili nomine, siue aperte & expresse, siue tacite & sub aliquo uerborum colore, incidat irremissibiliter in pœnam ducatorum quinquaginta, ac standi per annum continuum in carcere. Qui uero in si milibus delinquentes, prædictam pœnam pecu niariam soluere non poterunt: quia pauperes, in pœnam fustigationis, aut aliam corporalem com mutabitur: pro ut Nobis, aut Vicario nostro ui debitur expedire, carceris pœna prædicta nihilo/ minus per annum continuum, firma manente. c. siquis per capil lum. xxii. q. i.

☞ Quicunq; autē sanctis Dei maledixerint, seu blasphemauerint (ut præfertur) ultra pœnā per sacros canones cōstitutam, Arbitrio Nostro, aut Vicarii Nostri acriter punientur.

☞ Cū hoc tamen, si Nobis, aut Vicario Nostro

uisum fuerit, ꝙ personæ delinquentes essent maiori animaduersione dignæ, prædictas pœnas pro personarum qualitate, enormitate delicti, locoq; & tempore, & aliis circunstantiis, pro arbitrio Nostro augebimus, non tamen diminuemus: Et his qui semel condemnati (ut præfertur) Iterum deliquisse compertum fuerit, pœnæ prædictæ per omnia dupplicabuntur.

☞ Si uero pluries in hoc ipsum peccatum lapsus fuerit, ad perpetuos carceres, uel ad triremes damnetur, ad iudicis deputati arbitrium. In foro autem conscientiæ, nemo blasphemiæ reus, absq; grauissima pœnitentia seueri confessoris arbitrio iniuncta, possit absolui.

☞ Hortamur deniq; omnes in domino, ad prosequendum & accusandum huiusmodi sceleftos & sacrilegos blasphemos, & etiam ipsi accusatores & denunciatores, tales prosequendo, & accusando: Vltra indulgentias alias in concilio Lateranensi concessas, sciant se obsequium Deo præstituros. Ac ultra id ꝙ occulti tenebuntur, si uoluerint medietatem pecuniarum per delinquẽtes soluendarum, cum soluerit (ut præfertur) præmiabuntur.

Vid. concil. later. sub leone x. in nona sessione ibi reformationes curiæ & aliorum.

# DE PRAEDICATIONE VERBI diuini. Titulus. X.

## ☞ Ne nullus admittatur ad prædicandum, fine Literis Noftris. Cap. I.

QVoniam inuidens femper humanæ naturæ, fiue faluti, fator diabolus, quod in agrum dominicum per fe directe non poteft: id nonnunq; per fuos quos poffidet, cupiditatis igne fuccenfos, exquifitis modis efficere conatur. Id circo a nobis fummopere aduertendum eft, cuius uitæ fint hi, per quos uerbum Dei feminatur in populo, ne plantare fingentes, potius deftruant. Eam igitur ob caufam, ne iftud prædicationis officium, circumuentis parrochialibus præfbyteris ufurpari a quoquam poffit, fub prædicatorum, quæftorum, uel falfo nonnunq; fimulate religionis habitu, fubintrando. Nos etiam ad hoc fufficienti per facros canones, & nouiffime per concilium Tridentinum feffione quarta, cuius uerba inferius regiftrantur, facultate fuffulti: omnibus, & fingulis Vicariis Noftris, ac parrochialium Ecclefiarum Rectoribus: & aliis ad quos ea cura fpectat: Præcipimus, q aliquem cuiufuis ftatus, ordinis, uel conditionis

c. fequuti .ii.q.vii.

cõcil. Tridē. feff. 4.

existat, non admittant ad prædicandum, nec ad quæstus faciendum per parrochias, & alias ecclesias suas, nisi prius Nobis, aut Vicario nostro per suorum prælatorum literas sigillo munitas, præsentati, & a Nobis approbati, & ad hoc nominatim cum literis Nostris, missi extiterint. Nos enim Apostoli uerba attēdentes, quomodo prædicabunt nisi mittantur? Religiosos ad prædicādum in diocæsi Nostra non mittemus, nisi Prælatorum suorum prius per Nos obedientia ui.a: quos etiam Nos pro uirili experiri cupimus: an sint ætate maturi, moribus graues: & in sacris literis sufficienter eruditi: semper rogando Dominum messis, ut mittat bonos operarios in messem suam, cum messis multa, operarii autem pauci.

ad Rom. c.x. c. cum ex iniuncto de hæret.

## Tenor decreti Tridentini sessione quarta: super prædicatoribus Regularibus admittendis.

REgulares uero cuiuscūq; ordinis, nisi a suis superioribus de uita, moribus, & scientia examinati & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in ecclesiis suorum ordinum, prædicare non possint: cum qua licentia

personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. In Ecclesiis uero quæ suorũ ordinum non sunt, ultra licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesiis non suorum ordinum nullo modo prædicare possint: ipsam autẽ licentiam Episcopi gratis concedant.

## ☞ Instructio, super quibus insistere debeant prædicatores. Cap. II.

OMnes autem religiosos, postquam per Nos ad prædicandum in Ciuitate & diocæsi Nostra admissi erũt, per uiscera Domini nostri Iesu Christi rogamus, ut ipsius Euangelium syncere populo prædicent, & annuncient: imitentur eius uestigia uiris Apostolicis præcipientis, p̃dicate Euãgelium omni creaturæ, Et iterum docete omnes gentes, seruare quæcunque mandaui uobis: innitantur interpretationibus sanctorum, & ecclesiæ doctorum antiquorum, pro ut etiam in cõcilio Lateranensi constitutum est, Sub excommunicationis pœna, & nouissime in concilio Tridentino sessione quarta, cuius decreti uerba sunt inferius annotata.

Marc. ca 16. Matthæ. 18. c. relatum distin. 37. Cõcil. lateran. in sessione xi. Leo Episcopus in prin. Concili. Triden. sessi. 4.

Cessent in sanctis illis cõtionibus, subtilium quæstionum & plerunq; futilium inanes allega/tiones, memores semper oportere, Eum qui do/cet & instruit animas rudes esse talem, ut pro in/genio discẽtium semetipsum possit aptare, & uer/bi ordinem pro audientis capacitate dirigere. In/struant populum ad obseruationem præceptorũ Dei, ut fidem inconcusse teneant, atq; omnibus mandatis Dei & Ecclesiæ pareant, nec ab eiusdem Ecclesiæ decretis & sanctionibus deuient. Paren/tes adhortentur ad bene educandum filios suos, adhuc in tenera ætate constitutos, quando ea ætas cæterarũ ætatum fundamentum est & prin/cipium. Non erubescant Christum crucifixum christianis prædicare, cuius amorem studeant sa/xeis hominum cordibus infigere. Sint in uerbo discreti, casti, examinati, Eloquia Domini elo/quia casta, informent etiam se, ea qua decet cha/ritate a Vicariis locorum, & ecclesiarum rectori/bus, de abusis loci illius in quo prædicant, ut sic opportune & importune, circa eos quotidie insi/stentes, ad amorem Dei populum trahant. Vitia detestentur, ad uirtutum amplexus auditores al/licientes, habeant præ oculis pro scopo honorem Dei, & animarum salutem, nihil ad gloriam & ostentationem facientes: non quæstu intenti, nec quæ sua, sed quæ Iesu Christi sunt quæren/

gl. in ver/bo docto ribus in prohe. li. vi.

Psal. xi.

tes, ut sic iuxta ueritatem dent cibum in tempo-re, & frangant esurienti panem.

¶ Tenor decreti Tridentini sessione Quarta: qui supra allegatur, est qui sequitur.

PRæterea ad coercenda petulantia ingenia decernit, ut nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum, ad ædificationem doctrinæ christianæ pertinentiũ, sacram scripturã ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de uero sensu, & interpretatione scripturarum sanctarum, aut etiam contra unanimem cõsensum patrum, ipsam scripturam sacram interpretari audeat, Etiam si huiusmodi interpretatio nes nullo unq̃ tempore in lucem Edẽdæ forent, qui contra uenerint per ordinarios declarentur, Et pœnis a iure statutis puniantur.

¶ Quomodo se habere debeant Prædicatores cum Vicariis locorum & curatis. Cap. III.

CVm autem religiosi seminandi uerbum Dei causa, ad aliquem locum de Nostra, aut Vicarii nostri licentia peruenerint, cum quilibet locus abundet in suo sensu: statim cum Vicario loci, & curato, fraterna inita beneuolentia, absque ulla uoluntatum discrepantia, iuxta illud prophetæ uaticinium, qui habitare facit unius moris in domo, simul in charitate loquantur, quæ potissimũ uitia uigeant in loco illo, cuique rei illius loci homines sint magis proni; remedia etiam simul excogitantes, quibus ex illis locis eorum morborũ radices euelli, & extirpari possint.

Psal. 67.

Experientia enim docti sumus: quorundam locorum colonos tardiores, & pigriores ad cõfitendum peccata sua, & Eucharistiæ sacramentum suscipiendum, in uno loco reperiri, quàm in alio. Hic homines magis pronos esse ad usurarios, & illicitos contractus ineundos, peccatum suum diuturnitate tẽporis, & pessima correptela excusantes. Illic magis ad libidinem procliues, nulla sexus differentia, aut parentelæ ratione habita. Alibi blasphemos, & periuros reperiri, ut mireris potius Dei optimi pietatem & misericordiam. Prudens igitur prædicator semper in omnibus suis contionibus, opportunitate capta, acriter inuehatur hodie in istud uitium, cras in illud, & sic diebus singulis singula detestetur, quæ in illo loco

praualere

præualere perceperit: animarum saluti & nõ proprio lucro inuigilando. Sacerdotes autem omnes, ad quos declinare cõtingerit prædicatores, ut charitatiue eos suscipiant, & benigne tractẽt, Hortamur in Domino: significãtes ꝙ si eos spreuerint, eum spernent a quo mittuntur. Luc.x.

De denũciandis scãdalosis Prædicatoribus. Cap. IIII.

CVpientes autẽ prædicatores per Nos ad cõcionãdum missos, manipulos refertos ad aream Domini reportare, & non uacuis manibus redire, scientes cuius uita despicitur, super esse, ut eius quoqꝫ prædicatio contemnatur: quo fit, ut pro ficubus tribulos, pro uuis spinas colligãt. Iniungimus omnibus Vicariis Nostris, curatis, & cappellanis, animarum curam exercentibus, Nobis subditis, ꝙ si sciuerint aliquos prædicatores cuiuscunqꝫ gradus, & ordinis existant, scandalosæ uitæ, aut populum more scurrarum uilissimorum, dum ridiculas & aniles fabulas recitant, ad risus cachinnosqꝫ excitent, Aut prælatis ecclesiarum, Principibus, sacerdotibusqꝫ detrahẽtes, aut falsas doctrinas seminantes, aut confessiones audiendo pecuniam emũgentes, Nobis aut Vicario Nostro cum diligentia referant, & notificent,

ꝙ si negligentes reperti fuerint, sciant se eãdem pœnam arbitrariam quam ipsi deliquentes pro modo, & mensura excessus, si capi potuissent, experti essent, non euasuros. Super omnia uero attendentes, ne quid de hæresi suspectũ, aut contra Ecclesiæ determinationem, uel sanctorũ Patrum traditiones, in suis contionibus prædicatores arte diabolica inserant. Vbi uero aliquid eorum prædicari nouerint, aut suspicati fuerint, Nobis, uel Vicario nostro immediate per certũ nuntium denuntient: Vt & Nos, quibus Nobis cõmissis, ne a lupis rapiãtur & mactentur: iuxta sacros canones prouidere possimus: Et nouissime, iuxta decretũ Tridentinũ quintæ sessionis, cuius uerba inferius annotantur.

Concili. Triden.

☞ Tenor decreti Tridẽtini quintæ sessionis cõtra scandalosos & suspectos p̃dicatores.

SI uero (quod absit) prædicator errores aut scandala disseminauerit in populũ, Etiã si in monasterio, sui uel alterius ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicat, ꝙ si hæreses prædicauerit, contra eum secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat: Etiã si ipse prædicator generali uel speciali priuilegio, exemptum se esse prætenderet. Quo casu Episco

pus auctoritate Apostolica, Et tanq̄ sedis Apo-
stolicæ delegatus procedat. Curent autem Epis-
copi, ne quis prædicator, uel ex falsis informa
tionibus, uel alias calumniosæ uexetur, iustamue
de eis cōquerendi occasionem habeat. Hæc ibi.

## DE IMMVNITATE ECCLESIArum. Tit. XI.

¶ Contra imponentes & exigentes a clericis impositiones nouas siue indebitas. Cap. I.

Licet innumeris priuilegiis tam Pontificibus, q̄ imperialibus Ecclesiasticæ personæ, eorūq; bona, ab omnibus pedagiis, Gabellis, exactionibus, collectis, ac cæteris impositionibus, quocūq; nomine nuncupentur, sint libera, & exempta, sub pœnis arduis & censuris, ut in eis est uidere: non cessant tamen ipsi layci ecclesiasticas personas, eorunq; bona continuis exactionibus ac nouis collectis, & impositionibus uexare. Volentes igitur in hoc casu, tam clericis q̄3 laycis consulere, Præcipimus & Mandamus omnibus & singulis Ecclesiarum rectoribus, ut ter in anno, scilicet in die cinerū, Iouis sancti, & in festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, aut saltim Dñica prima

quadragesimæ populo publicent pœnas,& censuras, in quas incurrunt uexantes personas ecclesiasticas,& eisdem grauamina imponentes,ac exigentes nouas collectas, cæterasq; impositiones, nec desinant monere omnes,ut euitent eos quos nouerint in ipsas pœnas, & censuras, incurrisse, tanq̃ excõmunicatos, & a Deo maledictos. Itẽ Statuimus,q clerici nullatenus soluant ipsa grauamina, & præcipue nouiter imposita,nec ad ea soluenda compellãtur sine licentia expressa summi Pontificis, & in casu quo ab aliquo compellerentur, Vicarius loci, ubi id contingerit,illos defendat censuris ecclesiasticis, Nos quoq; pro libertate ecclesiæ manutenenda & defendenda,in nihilo deerimus,iuxta formam sacrorũ canonũ.

c.non minus & c. aduersus de immu. eccl. &c. nouerint de sent. exco.

☞ Quod cœmeteria clausa teneantur, & in illis nihil prophani exerceatur. Cap. II.

CVm cœmeteria immunitate gaudeant Ecclesiastica, locusq; ille in quo cinis fidelium defunctorum continetur, terra sancta sit: Præcipimus sub pœna interdicti, ea ita undequaq; muro, aut alia clausura clausa, ac bene custodita teneri, ponendo crates ferreos, aut ligneos ad introitus, ut solis hominibus ingressus pateat: & in ea animantia bruta propter fidelium corporũ

cap. decet domũ domini de ĩmu. eccl. lib. vi.

ibi iacentium, & sacri loci reuerentia, ingredi nõ permictantur. Nulla præterea in huiusmodi locis sæcularia tractentur, placita seu negotia, aut alia mechanica exerceantur. Non permictantur layci choreas ibi facere dissolutas, nec cantilenas canere, aut alias perpetrare insolẽtias, ex quibus ecclesiarum & cœmeteriorum uiolationes, inhonesta, uariaq; delicta quandoq; sequuntur: & ecclesiasticum quandoq; perturbatur officium, in diuinæ Maiestatis offensam, ac astantiũ scandalũ populorum. Extendentes quoq; præsentẽ Nostram ordinationem, cum suis pœnis ad plateas, etiam & uicos ecclesiis, seu earum cœmeteriis confinãtes, in quibus Prohibemus, aliquid uendi, operari, siue tractari, cum clamore uel strepitu, unde diuinum officium, siue missa dum celebratur, impediatur, uel audientibus molestia inferatur. Cle. I. de cele. mis.

☞ Cõtra eos qui ĩ ecclesiis, aut earũ cæmeteriis manus uiolẽtas ĩ alios iiecerint. Cap. III.

DEcet domum Dei sanctitudo in cuius pace factus est locus eius, ut sit in eo quieta conuersatio Deo grata, & hominibus placita, unde licet per iura cõmunia satis late sit prouisum cõtra infringẽtes immunitatẽ ecclesiasticã, quia tñ solet plus timeri, quod specialiter iniungitur, q; quod.

generaliter imperatur: Statuimus, ut quæcunq; ecclesiastica, uel sæcularis persona tumultū in ecclesia, uel ecclesiis, aut eorum cœmeteriis fecerit, immittendo manus uiolentas in clericos uel laycos, si in ecclesia hoc fecerit, uel in personas ecclesiasticas, incurrat sententiam excommunicationis ipso facto, a qua liberari non possit, neq; absolui, nisi prius soluat, uel det securitatem soluēdi scutos decem. Et si in cœmeterio similia fecerit, eādē incurrat sentētiā, a qua liberari nō possit, nisi prius soluat, uel det securitatē soluēdi scutos quinq; : Præter alias pœnas & censuras a iure statutas.

c. siquis i atrio &c. q̄squis in uetus. 17. q. iiii. ca. cum pro causa de sent. exc.

## Contra occupantes illegitime possessionē beneficiorū: & qualiter puniant. Cap. IIII.

PEssima & contra sacrorum canonum dispositionem, his temporibus inoleuit corruptela, ut uacantium ecclesiarum & clerici & layci nonnunq̄ sibi possessionem usurpent, earū bona diripiant, destruant, & dissipent: quas uero de proximo nouerint uacaturas custodiant, & defendant, & quandoq; incastellent, ut sequuta morte rectorum earundem possessionem capiant (de quo summe dolendū est) adeo, ut ingredi uolentibus per ostiū in ouile ouium, ui & armis in

gressum prohibere minime uereantur. Cogimur itaq; ex cura Pastorali Nobis commissa, hmôi insolentias, & temerarias ambitiones reprimere, ut clauso ostio malis, bonis autem patefacto ecclesiastica bñficia (quæ Dominus noster Iesus Christus suo sanguine ditauit) post eorũ uacationẽ, & non antea, a capacibus, & non indignis, iusto & canonico titulo, & non ui & armis possideantur. Sancimus igitur, & expresse Mandamus, ne quis clericus, siue laycus, cuiuscũq; gradus, dignitatis, aut conditionis existat, post præsentis constitutionis publicationem, ipsas ecclesias uacãtes, uel de proximo uacaturas incastellare præsumat, seu ui, aut armis, Minis, aut præcibus, aliis earundem ecclesiarum ingressum prohibere, ingressos expellere, & possessionem petentibus obstare. Item ne in easdem ecclesias se intrudat, aut bona ecclesiastica inuadat, quouis quæsito colore, seu iure prætenso, nisi habito super his sedis Apostolicæ, aut ordinarii expresso mandato, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, & priuationis omnium iurium super illo beneficio quomodocunq;, & qualitercunq; sibi competitorum, & competendorum, ac inhabilitationis in futurum ad alia beneficia, nisi secum fuerit per sedem Apostolicã misericorditer dispẽsatũ: facta mentione huiusmodi inhabilitationis.

c. ex frequẽtibus de insti. & argu. c generali de elect. lib. vi. x. q. i. c. sanctorũ Patrũ.

de uerbo ad uerbum. Declarantes omnem actū illius possessionis prætensæ, seu potius intrusionis, ac omnem electionem, præsentationem, aut prouisionem, nullius esse roboris, & momenti, sed ecclesias illas tanq̃ uacantes aliis conferri posse. Item huiusmodi ecclesias incastellantibus, seu occupantibus (ut præfertur) Auxilium, cōsilium, aut fauorem uerbo, siue facto, impendentes, uel ratum habentes: ultra pœnam ducatorum cētū, eadem sententia excommunicationis ipso facto incurrenda, innodamus. Item si qua bona ecclesiarum ipsarum per inuasores, aut eorum fautores, quoquomodo fuerint dissipata, uel diminuta per eosdem refici uolumus in duplum, sub eisdē pœnis, & censuris, ut supra.

## ☞ Quod nō fiāt tripudia ī Ecclesiis. Cap. V.

CVm quædam inoleuerit corruptela, q̄ in aliquibus [illegible] solennibus, fiant tripudia, seu choreæ, in quibusdam ecclesiis, nullo habito respectu, ad ipsas ecclesias, quæ sunt Domus Dei, & ad sanctissimum sacramentum quod ibi consecratur: Propterea inhibemus tripudia, seu choreas fieri in ecclesiis Parrochialibus, & aliis ubi sanctissimum sacramentum conseruatur, laycis sub pœna excommunicationis, clericis uero hu-

Cle. I. de cel. miss. cap. decet domū de immu. ecs

Concordat cum cap.o p.o sinodalium olim Ill.mi et R.mi Epi. de [illegible] barozij et castellanis. incip. de ecclesijs. et in cap.o 3. incip. de monasterijs. eiusdem

Iusmodi tripudia seu choreas exercentibus uel permittentibus unciarum duarum, uel carceris, Arbitrio Nostro aut Vicarii nostri generalis im/ponenda. In aliis autem ecclesiis ubi sanctissimũ Sacramentum non conseruatur, eadem tripudia fieri seu choreas: inhibemus sub eadem pœna, ni si ex causa necessitatis fierent, uel Matrimonii & non sine licentia Nostra uel Vicarii nostri gene/ralis, seu Vicariorum locorum petita & obtenta, Et sine sonis & cantibus, & choreis.

cle.lib.vi. c.irreligi/osa de cõ sec. distin. iii. Vid. omnino bea. Ant. par. ii. tit. vi. cap. vi.

## De non inflammandis Principum animis, & aliorum dominorum, contra libertatem Ecclesiasticam. Cap. VI.

CVm nõnullos Nouerimus perditionis filios, qui propriæ salutis obliti, omni Diuinæ Maiestatis spreto timore, aduersus ecclesiasticam li/bertatem, ecclesiasticasq; personas, Temporaliũ Dominorũ, consiliorũ, ac officialiũ eorũdẽ inflã/mare animos, & accendere moliuntur. Vt igitur tam detestabilis malignorũ audacia cõpescatur, Præsentis Nostræ cõstitutionis tenore Sãcimus: Vt quæcũq; persona siue sæcularis, siue ecclesiasti ca; cuiuscũq; gradus, cõditionis, aut dignitatis exi stat: Palã uel occulte, directe, uel indirecte, per se uel per aliũ, Principem, Dñm temporalẽ, iudicem

Argu. c. si autem, & c. si quis vero, & c. abit ius das, cum multis ali is. xi. q. 3.

c. ex meri to cum tribus seq̃n. vi. q. .i. c. I. de mal.

sæcularem, uel alios officiales quoscunq; , contra personas ecclesiasticas, uel eccclesiasticam libertatem inflammauerit, uel consilium, aut patrocinium dederit, excommunicationis sententiã, ipso facto innodetur, & a beneficiorum suorum fructibus, si beneficiatus fuerit; per triennium sit suspensus: si uero non fuerit beneficiatus per idẽ tempus, sit inhabilis ad quodcunq; beneficium ecclesiasticum obtinendum, Aliis pœnis a iure communi statutis, in suo robore duraturis.

Quod cessandum sit a diuinis, clerico uel benefitiato, uel quacũq; alia religiosa persona ĩ captione detẽta. Cap. VII.

ET quia quandoq; accidit, ut iudex sæcularis, uel quicunq; alius, iudiciariam potestatẽ exercens, siue propriam, siue delegatam, sine auctoritate Nostra uel nostrorum officialium, clericos, aut alias religiosas personas capere, & in carceribus detineri non uereatur: Nos in defensionem ecclesiasticæ libertatis, quam defendere tenemur, ex cura Pastorali Nobis imposita, uigore præsentis constitutionis, totam Ciuitatem, terram, seu locum, ubi hoc fieri contingerit, tamdiu cessare Præcipimus, a diuinis quamdiu clericus in sacris constitutus, uel benefitiatus, uel quæ

c. si canonici de officio ord. libr. vi. & ibi gl. super verbo causa.

libet alia religiosa persona, sine Nostra auctorita te, aut nostrorum officialium in captione deten ta fuerit, in eadem Ciuitate, Terra uel loco. De clarantes, φ tã Vicarius Noster generalis, φ qui cunq; alius Noster Vicarius foraneus, ex facultа te, quam eis uigore præsentis constitutionis im/ partimur, in tali casu ærario Nostro, siue parte instante, omnibus præcipiat a diuinis cessare, nul lo alio a Nobis expectato mandato: saluis sem per, & in suo robore permanentibus aliis pœnis contra captores, detentores, consilium, auxi/ lium, & fauorem impendentes a iure statutis.

☞ Ne layci in choro sedes occupent clericorũ. Cap. VIII.

QVia nonnulli layci in ecclesia Nostra cathe/ drali ac in quibusdam ecclesiis Nostræ dio/ cæsis in choro intrare: & sedes inibi occupare: tantum psallentibus clericis destinatas: temerita te propria non uerentur: Præsenti constitutione Sancimus: & sub pœna excommunicationis: Prohibemus: ne quis laycus præsumat de cæ/ tero: prædictas sedes clericis dedicatas: dum diuina mysteria solenniter celebrantur occupa re. Iniungentes curato: seu eius locumtenenti

c. sacerdo tum de cõ se. dist. 11. c. 1. de vit. & hone. cler.

Fr ibi vi de D. Abba. c. in nona. 16. q. vii. cle. .i. de cle.

quatenus, si quos laycos contrarium præsumentes inuenerit: illico cesset a diuinis: tādiu, donec præfati layci sedes dimiserint, taliter occupatas. Siquis uero curatus, uel eius locūtenens in prædictis negligēs fuerit, uel remissus, eo ipso, pœnā tarenorum sex incurrat.

## DE REVERENTIA CLERICIS Exhibenda. Tit. XII.

Quod Sacerdotes, cæteræq; Ecclesiasticæ personæ, nō maletractentur, nec conuicient. Cap. I.

Ler vi Anno sublatee

DOlentes nō solū audimus, uerū ēt uidemus: His tporibus sacerdotes: cæterasq; ecclesiasticas personas, a laycis tāq; Ethnicos & publicanos haberi, ac pro quacūq; leui causa passim ab eisdē conuiciari: diciq; excommunicatos: irregulares, simoniacos, concubinarios, & cætera hmōi: in opprobrium sacrorū ordinū, & Religionis Christianæ contēptum. Nos autem attendentes uerbum Domini dicentis: Qui uos tangit me tangit: pupillam oculi mei: Statuimus & ordinamus, si quis cuiuscunq; gradus: dignitatis aut conditionis, existat, directe, uel indirecte, per se, uel per alium, post præsentis constitutionis

zaccha. c. ii.

publicationem, quam haberi uolumus, loco tri- nae monitionis maletractauerit, conuiciauerit, deriserit, uel quibusuis factis, aut uerbis, contumeliosis affecerit, Tam sacerdotes, quam quascumque alias ecclesiasticas personas, & hoc per duos testes, coram Nobis, aut Vicario Nostro Generali, uel Nostris uiceuicariis, constiterit, debeat ab eo coram quo constitum fuerit, ipso facto excommunicari. A, qua excommunicatione, Nolumus ab eo, qui sententiam excommunicationis tulerit, Absolui, nisi prius iuxta formam sacrorum canonum, facta satisfatione iniuriato, poenitentiam uero pro transgressione huius Nostri Mandati, Nobis reseruamus, imponendã, iuxta transgressionis modũ, & illatae iniuriae qualitatem. Et ne quis ignorantiam allegare possit, Statuimus, ut ter in anno, inter missarum solennia, quando magna pars populi adesse consueuit: Praesens constitutio publicetur, & omnibus intimetur ut saltem formidine poenae, oderint peccare mali.

c. cõstitutionẽ de sen. exco. lib. vi.
c. guilisarius. 15. q. iiii.
c. dilecto de sente. exco. libr. vi.
c. si is qui praelatus xxiii. q. 4

☞ Contra nolentes uendere clericis carnes, aut pisces, ac alia uitae necessaria. Cap. II.

CVm experientia comprobetur quod ob modicã reuerentiam: qua tenẽtur clerici in sacris or-

dinibus constituti , aut beneficiati apud laycos, quando accedunt ipsi clerici, ad carnes, aut pisces emendos , cæteraq; uitæ necessaria : Venditores layci eos male tractant, ac repellunt, nolentes eis uendere carnes, aut pisces , tanq̃ si essent exules: Ideo Statuimus & præcipimus ipsis uẽditoribus, ut omnino clericis carnes, aut pisces, & cætera pe tentibus illis uendere debeant , dummodo sol/uant consuetum prætium dictarum rerum , alias captis informationibus, & probata renitentia, ex communicentur per Vicarios locorum ubi hoc contingerit , quibus in hoc casu, & excommuni/candi & absoluendi , debita præcedente satisfa/ctione , facultatem impendimus.

Argu. c fin. de im mu. eccle lib. vi.

## DE REBVS AD VNAMQVANq; Ecclesiam pertinentibus , conseruandis, & de illis nõ alienãdis. Tit. XIII.

### Vt de bonis ecclesiarum & monasteriorum, fiant inuentaria. Cap. I.

NE ecclesiarum bona, tam mobilia, q̃ immobi/lia, ex eorũ qui præsunt negligẽtia, uel igno rantia depereant, aut ab aliquibus occupari , uel subtrahi contingat: Volumus & Statuimus sub pœna florenorũ quinq;, q̃ a quocũq; beneficiato,

c. manife sta. cũ se quẽti. xii. q. i.

cuiuſuis dignitatis, aut tituli, etiã patronatus, nec nõ, & a quocũq; Rectore, ſeu adminiſtratore alio rum quorumcunq; piorũ locorũ, etiam Hoſpita lium, & laycorũ confraternitatũ, ſub cura Noſtra Paſtorali degentiũ, ac inſuper Abbatiſſis mona ſteriorum monialium, fiat unum inuentariũ corã teſtibus infra ſemeſtre, a publicatione præſentis conſtitutionis, bonorum tam immobiliũ, quã mo bilium, ſuarum eccleſiarum ſeu beneficiorũ: An notando omnia uaſa ſacra, ueſtes, ſupellectilia, fundos, agros, domos cum qualitatibus, & cõ finibus ſuis. Quod quidem inuentarium Nobis præſentetur conſeruandũ, ac in uno libro ſpecia liter ad hũc uſum deſtinato, in cãcellaria Noſtra, ad perpetuam rei memoriam tranſcribẽdũ, copia autem eius, per eundem ſubſcripta, apud eccleſi am, ſeu beneficiatum remaneat: ſeu potius in ſacriſtia ipſius eccleſiæ conſeruetur, in loco ubi io galia cuſtodiuntur. Siquis autem tranſacto ſe meſtre dicta inuentaria nõ fecerit: & cõfecta No bis non præſentauerit: ex tunc infra aliũ mẽſem proxime futurũ, dictã pœnam incurrat: totiens: quotiens: prætermiſerit: & non obediẽs fuerit.

Clem. qa contingit .§. vt au tem præ missa de relig. do mi. c. de Sy raculanæ 28. dilti.

☞ Quod nouiter prouiſi de beneficiis: conſi ciant: & præſentent: etiam inuentaria.

Cap. II.

Argu. c. quacunq; x.q.i. Et itaciũt omnia al legata in cap. præcedenti.

IDemq; Præcipimus & Mandamus omnibus illis, qui in futurum Ecclesias, beneficia, aut loca præmissa receperint: ut & ipsi inuentaria huiusmodi conficiant, eaq; confecta cum inuentariis suorum prædecessorum conferant, deinde officio Nostro præsentent: Nosq; desuper addito, uel diminuto collatione facta cum aliis inuentariis sufficienter informent. Declarando eosdẽ nouiter prouisos: nisi infra trimestre a die habitæ possessionis, contenta in hac Nostra constitutione adimpleuerint, eo ipso priuatos esse: omnibus fructibus, & redditibus ante confectionẽ prædicti inuentarii perceptis, pro arbitrio Nostro distribuendis.

¶ De inuentariis in omni quaq; uisitatione, uisitatoribus per Ecclesiarum rectores, seu quomodocunq; beneficiatos præsentandis. Cap. III.

Pro isto c. & seqn. ti faciunt omnia al legata in cap. i.

STatuimus etiam & Ordinamus: q; in omni quaq; uisitatione, siue Nos ipsi diocæsim Nostram uisitauerimus: siue alii ad ipsam uisitandã per Nos fuerint destinati: debeant ipsi Ecclesiarum Rectores, seu beneficiati cuiuscunq; tituli: etiam Abbatissæ monasteriorum Monialium, supradicta inuentaria, in principio uisitationis, Visitatori.

Visitatori præsentare: parati de singulis rationẽ reddere, iuxta sacrorum canonum dispositionẽ. Siquis autem huic Nostræ constitutioni contra- uenerit, Pœnam pro arbitrio Nostro imponen- dam, se nouerit incurrisse.

☞ Quod cappellanis, & aliis quibuscũq;, para- menta, & calices per inuentarium consi- gnentur. Cap. IIII.

STatuimus etiam, ut cappellani & sacristæ, & alii, tam clerici, q̃ layci, quibus rerum sacra rum seu aliarum ad usum ecclesiarum seu altariũ, pro diuino cultu spectantium custodia & cura de mandatur: Debeant & teneantur res & bona omnia prædicta sub inuentario suscipere, ab ec- clesiarum Rectoribus massariis, seu aliis ad quos ea consignare spectat, ut si quid postea amissum fuerit, qui talem consignationem habuerunt, ad omnium damnorum & emendarum, refectionẽ teneantur. Et insuper, si talem administrationẽ suscipientes, idonei non fuerint soluendo, quia pauperes, aut si alienigenæ, priusq̃ ad id officiũ admittantur, uel q̃ eis aliquid consignetur, etiã de i ndẽnitate ecclesiarum, & altarium prædicto rum, idoneam præstare debeant cautionem, pro huiusmodi sua administratione, uel saltem iura-

toriam, in casu quo fideiussionem non habeant. Qui omnes, etiam annuatim, cum suis inuẽtariis, teneantur de præmissis omnibus rationem reddere, suarum ecclesiarum Rectoribus, uel aliis ad quos spectauerit. Qui autem præmissa non seruauerint, & si quid amissum fuerit restituere, & etiam alias pœnas pro inobedientiæ reatu, sustinere teneantur.

## De non pignorando bona Ecclesiastica. Cap. V.

NVllus quicunq; sit, calices, seu iogalia, aut quæcunq; ornamenta ecclesiastica, cruces, uestes, & id genus, alia, non solum amicis, beneuolis, seu coniunctis, sed neq; etiam ecclesiarum patronis, seu benefactoribus, pro quacunq; necessitate, sine Nostra, aut Vicarii Nostri Generalis licentia, pignorare audeat, uel præsumat: sub pœna florenorum decem irremissibiliter exigendorum, uel auferendorum.

c. I. de pignο.

## De occupatoribus bonorum Ecclesiasticorũ. Cap. VI.

Quinquies ter in anno

DEtentores bonorum Ecclesiæ nostræ Syracusanæ, & qui illa nullo titulo saltem iusto, sed mala fide, & conscientia remordente, in suæ salu

tis dispendium detinent, nisi infra spatiū triū mē sium, a publicatione præsentiū (quem terminū eis, & eorum cuilibet, pro peremptorio termino, ac monitione canonica Assignamus) restituerint In his scriptis excōmunicamus: Quod ēt intelligatur de aliis ecclesiis, monasteriis, & locis piis, Nostræ Syracusanæ Ecclesiæ subiectis. Pari etiā pœnæ subiaceant, scientes tales detentores, & occupatores bonorū hmōi, atq; feudorū, nisi infra præfatū tēpus illos manifestauerint: & si occultatores, & detentores hmōi hoc facere neglexerint: Vltra præfatas pœnas, omnibus aliis iuribus quæ ab ecclesiis tenuerint, hoc Nostro Decreto se perpetuo priuatos decerni sciant. Volentes, ut hæc constitutio, Ter in anno publicetur, Quum ueri similiter maior populi multitudo in ecclesiis reperitur, & denūtiantes tales occupatores, ultra mercedem diuinam, a Nobis etiam cōdigna præmia reportabunt.

c. indigne. xii. q. ii. & c. nulli.

## De inuestigandis & denuntiandis huiusmodi occupatoribus. Cap. VII.

STatuimus & Ordinamus, q oēs clerici & maxime beneficiati inuigilēt, atq; studeāt perquirere, si qui sunt detētores bonorū ecclesiasticorū: & si quos inuenerint, Nobis aut Vicario nostro

significent, & referant: ut contra illos debita possit fieri prouisio. Qui autem negligentes fuerint reperti, pro qualitate negligentiæ punietur.

## ☞ De modo administrandi bona Ecclesiastica. Cap. VIII.

c. cum ex eo cū gl. in verb. xpi de ee lec. lib. vi.

QVum Ecclesiarum bona, in dominio Dei sint posita, possessio uero eorum apud ecclesiā, administratio autem apud rectores: omnes clericos, & sacerdotes, & ecclesiasticorum bonorū huiusmodi administratores quoscunq; Admonemus, & eis per hæc salubria statuta Præcipimus & Mandamus, ut de bonis Ecclsiarum bonā curam, & administrationem habeant, & studeant, & inuigilent, ne usurpentur. Casu uero quo aliquo modo in libera administratione huiusmodi per quenq; impediri eos contingat: Teneantur, tales impedientes Nobis denuntiare, adhoc ut Possimus indemnitati ecclesiarum (pro ut tenemur) opportune consulere. Et si per eorum negligentiam, ecclesiæ eorum passæ fuerint damnū, Pœnis iuris afficiētur, & aliæ pœnæ arbitrio Nostro eis imponentur.

## ☞ De reddendo cōputo administrationū locorum Piorū, singulis Annis. Cap. IX.

CVm procuratores fabricæ quampluriimarũ Eccleſiarum, & aliorum piorum locorum Ci uitatis, & diœceſis Noſtræ, ſimiliter & ſocietatum, ſeu confraternitatum laycorum Rectores, The/ ſaurarii, aut alio quocunq; nomine nuncupetur adminiſtratores, redditus, prouentus, & oblatio/ nes, inde prouenientes, ſæpe ad eorum nutũ ex/ pendant, atq; diſpenſent, & multotiens abſq; re/ ctorum, eccleſiarum & locorum eorundem ſcitu, ſeu interuẽtu, propria interdum commoda quæ rendo, ad alios etiam priuatos uſus cõuertere nõ formident: nec de per eos perceptis, imburſatis, & geſtis, rationem reddere curent; dicta pia loca & proprias animas defraudando. Quare indem nitati eccleſiarum, & ſubditorum ſaluti, paterna charitate, duximus conſulendum. Icciro Præ/ ſenti Noſtra cõſtitutione Statuimus, atq; ſub pœ nis & cenſuris in ſacris canonibus contentis, irre miſſibiliter infligendis, Præcipimus & Mãdamus, ut eccleſiarum & locorum prædictorum, etiam Eccleſiæ Noſtræ Cathedralis fructus, prouentus, oblationes, & eleemoſyne; iuxta pias fidelium uoluntates, & ſacrorum canonum diſpoſitionem tantum diſpenſentur; Quod, ut rite, recte, & lau dabiliter fiat; Ordinamus, ut deinceps in Ciuita te, & diœceſi Noſtra, in ſingulis Eccleſiis Recto res earum, ſiue plebani ſint, & eſſe debeãt Primi,

Cle. vni ca de rel

c. regẽda cum ſeqn 11. q. 1.

& principales procuratores, tanq; illi ad quos cõ missa est animarum cura,& ecclesiarum bonorum administratio : cum quibus duo etiam alii layci, uel quotquot necessarii & opportuni fuerint, secundum cõsuetudinem eligantur. Quorũ unus cõstituatur Thesaurarius,apud quem omnis pecunia conseruetur,qui quidem layci, huiusmodi procurationis officium, cũ scitu & interuentu ipsarum ecclesiarum rectorũ, siue plebanorũ,citra eorum priuata commoda fideliter exerceant, & semper utilitatẽ ecclesiæ promoueant. Atq; simul cũ ipsis ecclesiarũ rectoribus, siue plebanis, de singulis, per eos ipsos leuatis, collectis, distributis, actis & factis,in præsentia Vicarii foranei, illius Ciuitatis,uel terræ, & aliorũ,quos Nos ad id deputauerimus singulis annis, temporibus cõsuetis,fidele & reale compotum reddant. Quod ẽt, sub pœnis & censuris quibus supra, Statuimus inuiolabiliter obseruandum, ab omnibus rectoribus societatum,seu confraternitatum laycorũ, & aliorum pioru; locorũ,non obstante quacũq; consuetudine, & aliis in oppositũ facientibus quibuscunq;. Siquis autem huic Nostræ cõstitutioni contrauenerit,si clericus,per duos menses suspensus sit ab officio,& beneficio,& fructus applicentur pro una medietate illi ecclesiæ, cuius res agitur : Pro alia uero, Pauperibus erogentur. Lay

Clemen. quia contingit de relig. domi. c. qualiter & quã do. ii. de accusa.
Luc. c. 16

cis uero sub pœna excommunicationis, ultra pœnas, quas Nobis reseruamus, transgressoribus, & inobedientibus, pro arbitrio Nostro infligendas.

De procuratoribus, seu Thesaurariis remanentibus debitoribus. Cap. X.

PRædicto autem modo coram Nostro Vicario, & deputatis personis (ut præfertur) per procuratores, aut Thesaurarios, compotis administrationum suarum calculatis: siquis in his repertus fuerit debitor, totam debiti summam, successori suo immediate, uel saltem infra terminũ mẽsis unius soluere, & realiter assignare teneatur. Sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, A qua absolui Nolumus, nisi debito soluto.

Arg. cle. quia contingit de religi. domi.

De instrumentis Dotationũ beneficiorũ innouandis, & cõseruandis. Cap. XI.

MVlta incommoda, pluraq; dãna (ut experimento didicimus) ecclesia & beneficia patiũtur, in deterioratione, & diminutione fructuũ & redditiũ, tã cõmuniter ecclesiis, & ãniuersariis ecclesiarũ pertinẽtibus, q̃ particulariũ beneficiis, seu cappellaniis earũdẽ: Et hoc euenire Cõperimus, multoties, propter inueteratione, seu perditionẽ

instrumentorum reddituum, & censualium dicto rum, seu propter negligentiam non curantium in suis archiuiis illa reponere, & forte aliquando furtim aliqua subtrahantur, & nonnunq; ad pos se laycorum deducuntur, & deducta ab eisdem detineri, beneficiatorum incuria permictuntur. Qua propter, Volentes tā magno dāno in po sterum prouidere, ac ut ecclesiarū redditus & cen sus augeantur, siue cōseruentur: Statuimus & Or dinamus, q; clerici quicunq; beneficiati, tam Ciui tatis q; diocæsis Nostræ Syracusanæ, instrumen/ ta originalia, siue eorum exemplaria auctentica (quæ uulgo copiæ) institutionum, dotationum, & aliorum quorumcunq; reddituum suorum be beficiorum, infra sex menses a publicatione præ/ sentium immediate sequentes, & de cætero a die Institutionis benificiorum eorundem computan dos, Nobis, aut Vicario Nostro Generali exhi bere teneantur, sub pœna priuationis eorundem beneficiorum, expensis beneficiatorum conscri benda in libro communi, quem ad futuram rei memoriam, & in omnem euentum ueritatis con standæ, in archiuio Nostro conseruari uolumus. Statuimus etiam & Ordinamus, q; in qualibet ec clesiarum Ciuitatis & diocæsis Nostræ, de cætero fiant recognitiones mediāte notario publico om nium reddituum, & censualium, ad ipsas ecclesias

beneficia, seu cappellanias quocunq; iure debito rum, de triennio in trienniū, aut citius, uel lōgius, quo uidebitur expedire clericis ecclesiarū, aut ipsarum beneficiatis. Si quis autem ex debitoribus noluerit libere, & uoluntarie recognoscere ac cō fiteri ad tales redditus, siue census soluendos se esse debitorem, Volumus q curati ecclesiarum in hoc casu, iuris remediis, aut censuris ecclesiasticis talem, & alios quoscunq;, tam in genere, q in specie compellant. Mandamus insuper, q de praedictis recognitionibus in qualibet ecclesia fiat unus liber, cum subscriptione, & signo Notarii in fine cuiuscunq; recognitionis, cui quidem recognitioni sic autenticae, & in tali libro conscriptae, adhibeatur plenissima fides in iudicio, & extra: uti cuicunq; alii instrumento publico. Et talis liber seruetur in archiuiis ecclesiarum, uel in sacristiis, fideliter, & tute, forma autem recognitionum, inferius annotatur.

## Forma Recognitionum.

EGo .N. cōfiteor debere quolibet Anno, die tali iure proprietatis (siue eo iure quo tenebitur soluere) tali ecclesiae, seu cappellaniae, ūcias, siue tarenos, tot: super tali domo, siue Praedio, cōfinato, talibus cōfinibus &c. testes, talis, & talis &c.

# DE DECIMIS. Tit. XIIII.

## De decimis persoluendis. Cap. I.

CVm decimæ de iure diuino sacerdotibus curatis debeantur, tanq̃ habentibus animarũ curam, & sacramenta ministrantibus: Multi sæcularium interdum in detestationem cleri, & animarum suarum grande periculũ, temeritate propria ipsas Decimas subtrahere non uerentur. Vt igitur omnis Decimatio in horreum domini inferatur, ut sit cibus in domo eius iuxta præceptũ domini. Et ne Populus Nobis commissus in pœnuria, & fame maledicatur, prout ipsemet Dominus minatur non reddentibus decimas, & primitias: Præcipimus & Mandamus omnibus subditis Nostris, sub pœnis & censuris in sacris canonibus cõtentis, & si pœnas damnationis æternæ, uoluerint euitare: ut decimas ipsas omnium terræ nascentium, sine diminutione, uel saltem secũdum patriæ consuetudinem, singulis annis debeant soluisse suis curatis, uel aliis quibus de iure uel consuetudine debẽtur. Renitentes uero, per Vicarium Nostrum Generalem, uel uicevicarios iuxta formam sacrorum canonum soluere compellantur. Et ne iugum domini, quod suaue est,

Malach. c.3.

Ibidem

c. certificari de sepultu.

& onus ( quod est leue ) durum , aut importabi le populo uideatur: Monemus omnes & singu los prædicatores, eisdemque in uirtute sanctæ obe dientiæ Præcipimus & Mandamus, quatenus in prædicationibus suis , subditos Nostros studiosi us & sæpissime moneant & inducant ad ipsas de cimas persoluendum ,inculcando quod soluere recu santes , bonis temporalibus, & æternis priuātur, Iuxta illud Augustini Dicentis : Cum decimas dando , & terrena, & cælestia possis præmia pro mereri ,quare pro auaritia , duplici benedictione fraudaris ? hæc est enim Dei iustissima consuetu do , ut si tu illi decimam non dederis , Tu ad de cimam reuoceris , dabis impio militi, quod non uis dare sacerdoti. Et illud quoque Augustini dicē tis , Maiores nostri ideo copiis omnibus abunda bant : quia Deo decimas dabant , & Cæsari cen sum reddebant. Modo autem quia discessit de uotio Dei , accessit indictio fisci : Nolumus par tiri cum Deo decimas , modo tollitur totū , hoc tollit fiscus , quod non accipit Christus . Ac etiā inculcando, quod soluentes decimas bono gaudent quadruplici: Abundātia scilicet fructuū, sanitate corporis, remissione peccatorū , & pmio cælesti. Pro duobus primis , est illud Augustini dicētis, si decimā dederis, nō solū abundantiā fructuū reci pies , sed etiam sanitatem corporis consequeris.

Math. II
16 .q.i.c. Decimæ
16 .q.vii. maiores
16 .q.i.c decimas

Ibidem Pro aliis uero duobus, est illud quoque Augustini dicentis: qui ergo sibi, aut præmium comparere, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam: et de nouem partibus, studeat eleemosynam dare pauperibus. Eandem insuper monitionem subditis Nostris fieri Mandamus per confessores: quibus ultra Præcipimus: sub pœna suspensionis a diuinis: quod cum uiderint pœnitentes suos semel: aut bis, ipsas decimas nõ soluisse: eos tanquam rerum alienarum inuasores: & detentores non absoluant: nisi decimis prius: sine diminutione solutis: uel de soluendo illas infra determinatum tẽpus: sufficienti præstita cautione. Ait enim Augustinus: Decimæ etenim ex debito requirũtur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt: & quanti pauperes in locis suis, ubi ipse habitat (illo decimas non dante) famæ mortui fuerint, tantorum homicidiorũ reus ante æterni Iudicis tribunal apparebit: Quia rẽ a Deo pauperibus delegatam, suis usibus reseruauit.

Ibidem

## DE TESTAMENTIS ET LEGATIS ad pias causas. & de Notariis. Tit. XV.

### ☞ De Relictis ad pias causas exequendis. Cap. I.

CVm pium sit, ultimas testatoris uoluntates, quasi perpetuas leges adimpleri, & obseruari: & Nostro incumbat officio Pastorali talibus prouidere, & testamenta, utroque iure suadente, defendere, & exequi: Propterea Præcipimus & mandamus omnibus, & singulis testamentorum executoribus, siue clericis, siue laycis, ut quascunque testamentorum dispositiones sibi commissas, & per eos semel acceptatas, sine cunctatione, sub excommunicationis pœna, exequantur in omnibus: Scientes quoque circa præmissa aliquid non adimpleri, in uirtute sanctæ obedientiæ ad id reuelandum Hortamur, etiam si tale onus sibi alias non incumbat.

c. nos quidem & .c. si hæredes & .c. tua' nobis de testa.

☞ De fideicommissariis, & quãdo incipiat currere tempus legatorum. Cap. II.

SAncimus præterea & Ordinamus, ut executores testamentorum, & quarumlibet ultimarum uoluntatum, qui hactenus fuerint instituti, & qui de cætero instituentur, relicta ad causas pias, teneantur infra tempora deputata, seu alias a iure statuta: quæ tempora a die mortis currãt, dicta legata exequi. Declarando Nostram præsentem constitutionem, in uim iuridicæ monitionis, & specialis intimationis, post eius publica/

se,& de hoc Nobis,seu ad hoc deputatis per Nos fidem fecisse debeant. Quod si prædicta legata adimplendi (ut præfertur) facultatem nó habuerint, compareant saltem in dicto termino coram Nobis,aut deputatis per Nos,honestos & competentes terminos reportaturi:pro ut Nobis,uel deputatis per Nos, temporum & personarũ qualitate bene pensata,expedire uisum fuerit.

☞ Et ne deinceps ad talia legata obligati, cõfessores,seu potius seipsos,in præiuditium animarũ suarum ,& defunctorum detrimentum decipiãt: Propterea , sub excõmunicationis pœna,quibusuis confessoribus Inhibemus , ne aliquem , ad aliquid legatum ad pias causas obligatũ , absoluãt, nisi prius Nobis,aut deputatis per Nos,satisfecerit seu de satisfaciẽdo idoneã ꝑstiterit cautionẽ:

☞ Et ne quis de præmissis ignorantiam prætendere ualeat,Mandamus Vicario Nostro Generali:& omnibus aliis uiceuicariis;per diocæsim Nostram constitutis:ꝙ præsentem constitutionẽ,ter in anno publicent:cum uerisimiliter maior populi multitudo in ecclesiis reperitur.

☞ Patres insuper prædicatores : in eorum sermonibus præsentẽ cõstitutionẽ publicabunt: eos oẽs,qui ad hmõi legata exequenda tenẽtur , quãto efficatioribus uerbis poterunt : & ab omnipotenti Deo sibi dabitur , exhortando.

## ☞ De Notariis rogatis in præmiſſis. Cap. IIII.

c. admonere cum ſequ. xvi. q. i.

VT autem fidelium teſtamenta, & ultimæ uoluntates, maxime pro animarum ſalute, & ad pios uſus legata & teſtata, in ſuis debitis exe/cutionibus non impediantur, nec retardentur, ſed facilius ſuum conſequantur effectum: Statuimus & Mandamus, ut omnes Notarii, & quicunq;, qui de prædictis teſtamentis & fideicom/miſſis rogati fuerint inſtrumenta cõficere, in quibus relictum ſit aliquid ad pias cauſas, teneantur poſtq̃ teſtamenta ipſa morte cõfirmata fuerint, ſi in Ciuitate, Nobis, uel Vicario Noſtro, ſi ue/ro in diocæſi fuerint, & ad Ciuitatem uenire, uel mittere noluerint, uiceuicariis exemplum (quã copiam dicunt) dictorum legatorum exhibere, infra tempus menſis unius, recepta competenti mercede prout eam ſibi, per eccleſiam, ſeu locũ, uel perſonam cui relictũ fuerit, ſolui Volumus: uiceuicarii uero id Nobis ſignificare, & exempla ſibi (ut præfertur) consignanda ad Nos ſtatim mittere curent. Cum hoc etiam, ipsis uiceuicariis Ordinamus, & Præcipimus, ut in prima hebdomada cuiuslibet menſis, ab omnibus, & sin/gulis Notariis inquirant, An aliquid relictum sit ad pias cauſas, & si quid inuenerint ipſoſmet

Notarios

notarios requirant (ut præfertur) ad exempla sibi exhibenda. Caueant autem notarii, confessores, & alii quicunq; Animas testantium peruertere, ne legata ad pias causas faciant: Siquis uero illos peruertere attentauerit, excommunicationis uinculo illum innodamus, a quo absolui non possit, nisi prius, tantum de proprio soluerit, quantum ad pias causas legandum erat.

☞ Contra immutantes, seu peruertentes ultimas testatorum uoluntates.

Cap. V.

COmplures quorum oculos auaritia (que est radix omnium malorum) excecauit, propriæ salutis immemores, fraude & Dolo in ecclesiarū, pauperum, & aliorum graue damnum, non uerentur, modo testatorum uoluntates immutare, seu peruerti: modo testamenta occultare, & non nunq̃ legata uariis subterfugiis ad lites trahere. Ad horum, & similium igitur malitiam compescendam Mouemur (Deo teste) non cupiditate, sed subditorū salute: Propterea Statuimus, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Præcipimus, & Mandamus, ne quis ex subditis Nostris directe, uel indirecte, per se, uel per aliū, signo, uel facto præsumat, uoluntatem testatorū

Publicetur

In mutare: animum intendentium aliquid ad pias causas legare, a proposito auertere, legata circumlocutionibus, seu uerbis dubiis obnubilare, testamenta quoquomodo occultare, uel denegare, ad lites calumniando legatarios trahere, aut alia huiusmodi attentare. Et ne quis ignorantiam allegare possit, Statuimus, præsentem constitutionem ter in anno, inter missarum solênia, quando magna pars Populi adesse côsueuit, tam in Ciuitate, q̃ in diocæsi Nostra, Populo notificari per plebanos, seu eorum locatenentes, & de uerbo ad uerbum declarari. Siquis tamen eorum, circa hoc negligês fuerit, arbitrio Nostro, grauiter punietur.

☞ Contra impedientes sacerdotes, uel Notarios, ire ad infirmos. Cap. VI.

Statuimus, ut nullus de cætero publice, uel occulte impediat, quominus sacerdotes parrochiales, uel notarii, cum testibus, ad infirmos intrare possint, quoties fuerit opportunum, & libere, pro ut uoluerint infirmi: & quominus infirmi depositiones ultimæ uoluntatis exprimant per testamentum, uel aliam quamcunq; uoluntatem; Et siquis directe, uel indirecte, per se, uel

Publice

per alium contrafecerit, ex nunc prout ex tunc, & e conuerso, excommunicationis sententia in eum promulgamus. Nanque constitutionem, sæpissime publicari in ecclesiis Mandamus, ne quis ignorantiam prætendere ualeat: & admoneant, quod ultra pœnam in præsenti Nostra constitutione contentam, tenentur læsis, pro commodo, seu lucro, quod ex testamento seu alia dispositione reportassent, satisfacere.

## De libro talium relictorum ad pias causas tenendo. Cap. VII.

ET ut horum legatorum memoria facilius cõseruari possit, Statuimus, & ordinamus, ut in Nostra curia Episcopali teneatur unus liber, in quo illa specialiter describantur per eum, quem ad id Nos deputauerimus, a Nobis etiam mercedem recepturum, pro scriptura, & labore suo in reponendo memoriam dictorum legatorum in præfato libro qui etiam scribere debeat nomen Notarii, testatoris, & legatarii, Diem, & Annum, & testes.

## DE CLERICORVM RESIDENTIA. Tit. XVI.

## De clericis non residentibus: Cap. II.

c. quia nō nulli cum reliqs om nibus ca pitulis de clericis non resi.

CVm autem ad hoc sint ecclesiastica beneficia deputata: ut in eis ad seruiendum altissimo ta les assumantur: qui per seipsos uelint & possint eorum curam exercere: quia tamen multi, de or dinariorum fortassis negligentia securi, ecclesias suas deserunt, & alias oues curandas, se transfe runt, auaritiæ causa: Pleriq; etiam de ecclesiarum fructibus impinguati, otio domi marescunt, de commissis sibi ouibus nihil, postq̃ eas lana spo liauerint curantes; Ne igitur Pastor dum per ab rupta graditur, ad præcipitium, grex sequatur: Statuimus, & Ordinamus, ut quilibet intra Ci uitatem & diocæsim Nostram in dignitate cōsti tutus, siue beneficiatus, cuiuscunq; status, ordi nis, aut conditionis extiterit, cuius beneficium re sidentiam personalem, uel certum ordinem de Iure, statuto, uel consuetudine requirat, in illo infra triginta dies a publicatione præsentiū con stitutionum personaliter residere incipiat, quo ad præteritos, quo ad futuros autem, infra trigin ta dies a die pacifice possessionis, numerandos, & abinde, q̃ diu beneficium huiusmodi obtinue rit, Talem residentiam faciat, aut informet, qua re in eisdem residere non ualeat, seq; ad ordinē quem onus beneficii sui requirit, promouere fa

ciat.

ciat. Trāsgressores uero, nisi a superiore Nostro, uel a Nobis licentiam obtinuerint, ex rationabilibus causis deseruiendi per Vicarios, pœnā priuationis beneficiorū se nouerint incurrisse.

☞ De clericorū peregrinationibus. Cap. II.

VT periculosam uagādi materiam, a clericis Diocæsis Nostræ & p̄cipue beneficiatis, cum teneantur in suis beneficiis personaliter residere, penitus Auferamus: nonnunq̄ enim angelus satanæ, in lucis Angelū se transformās, sub obtētu piæ peregrinationis materiā inducit euagandi: Statuimus, & Ordinamus, ne clericus aliquis præsertim beneficiatus sine Nostra speciali licētia petita, & obtenta, peregrinationem faciat quoquo modo. Qui uero contrariū fecerit, si beneficiatus, ultra pœnam Nobis reseruatā, a perceptione fructuum sui beneficii, quādiu peregrinando ab ecclesia sua absens fuerit, nouerit se priuatū: Nō beneficiatus autem, pro Nostro arbitrio grauiter punietur. Si uero contingerit aliquibus a diocæsi Nostra, aliqua rationabili causa discedere, infra tamen regnum Siciliæ, & mora fuerit per mēsem ad altius, ne expensis ueniendi ad Nos defatigentur: Concedimus Vicariis foraneis, licentiam talibus impartiri posse. Siquis autem talem

Corin.ii. c.xi.

c.nō oportet de conse. disti.v.

licentiam petere, saltim uoce non curauerit, poe-nam superius expressam incurrat.

## DE POTESTATE VICARIO-rum foraneorum,& de canonicis super numerariis per diocæsi. Tit. XVII.

### De quibus cognoscere poterunt Vicarii fo-ranei, ex facultate eis a Nobis concessa. Cap. I.

Arg. c. cũ te de offi. deleg.

CVm maiores causæ, per magistratus maiores cognosci,& terminari debeant, & in signum superioritatis per delegantes soleant aliqua re-seruari: & quia nimis quoq; durum esset, & satis onerosum negotiatoribus, & præcipue pauperi-bus, si pro singulis negotiis, ad curiam Nostram principalem tenerentur recurrere. Ideo, ut aucto-ritas Nostra conseruetur, & ne alicui difficilis sit uia petendi ius suum: Concedimus Vicariis fo-raneis, in ciuilibus facultatem cognoscendi tan-tum, in causis non excedentibus summam flore-norum uiginti: in causis uero quomodocunq; p̃-dictam summam excedentibus, & si summa diui-deretur, & petitio esset florenorũ uiginti: Volu-mus, & præsenti constitutione Sãcimus, ut ad cu-riam Nostram principalem omnino habeatur re

c. romana de officio ordi. libr. vi.

Clem. & si princi-palis cum glo. super verbo fo-raneo de rescript.

cursus: Ad quam etiam curiam causas matrimo/ niales, & beneficiales in omnibus & per omnia Reseruamus cognoscendas. Siquis autem atten tauerit, ultra prædictam summam uiginti flore norum; aut in causis matrimonialibus, seu benefi cialibus aliquid cognoscere, ex nũc prout ex tũc, & e conuerso, Declaramus, quicquid actentatũ fuerit, irritum, & inane, ac si minime factum fuis set, & causa, ipso facto ad curiam Nostram prin cipalem intelligatur & sit deuoluta. Ille uero, qui hoc ausus fuerit attentare, et ipso facto pœnã in currat unciarum uiginti quinq;, ultra pœnas ar bitrio Nostro iuxta qualitaté excessus, iponédas.

☞ In criminalibus autem cognitionem, & decisi onem ad curiã Nostrã principalé omnino reser/ uamus: Concedimus tñ ipsis Vicariis foraneis in causis criminalibus, accusationes admictere, & in actis redigere, accusatos incarcerare, & si leues fue rint accusationes, & in malũ exẽplũ nõ tẽdant, uel proximi scandalũ accusatos fideiussione ligare: i formationes capere, & illas ad curiã Nostrã prin cipalé trãsmictere, & cõtra fugitiuos, & contuma ces, procedere possint usq; ad excõnẽ loco bãni.

☞ Item notorios & publicos delinquẽtes, simili ter constitutionibus & mandatis Nostris aduer/ santes, in carceribus detrudere: etiam si nullus contra eos appareret accusator. Et Demum,,

de omnibus & singulis curiam Nostram principalem informare, quæ per Nos nouerint corrigẽda. Siquis autẽ facultatem sibi concessam excesserit, & factum irritamus, prout supra de causis ciuilibus expressimus: & pœnam pecuniariam, & alias arbitrio Nostro iuxta qualitatem excessus imponendas, se incurrisse dignoscant.

☞ Declaramus tñ commissiones, simul & facultates, per præsentem Nostram constitutionẽ Vicariis foraneis concessas: intelligi debere, cæteris commissionibus, & facultatibus (quas secũdũ negociorum exigentiam, per nõnullas alias cõstitutiones, eisdẽ Vicariis cõcedimus, & impartimur) semper saluis, & in suo robore permanentibus.

## ☞ De quibusdam Ecclesiis uisitandis per Vicarios foraneos. Cap. II.

Attendentes ꝙ plurimæ cappellaniæ sunt fũdatæ super domos & hæreditates, quæ sæpissime minantur ruinam, nec ualent a Nobis, seu uisitatoribus Nostris, & officialibus personaliter commode uisitari, & sic per discursum tẽporis, culpa beneficiatorum siue coloni, deueniũt in totalem ruinam. Iccirco uolentes inquantũ Possumus ecclesiæ patrimoniũ restaurare, siue reparare, Cõcedimus Vicariis foraneis per diocæsim pos-

ſe uiſitare eccleſias, oratoria, ſeu confraternitates eorúq; redditus, & domos, poſſintq; eos qui ad hoc tenentur, per cenſuram eccleſiaſticam, & alia iuris remedia uice Noſtra cõpellere, & reparatione earumdem domorum & ſimilium. De quaqui dem uiſitatione fiat oſtenſio, & detur compotus Nobis, aut uiſitatori Noſtro generali, ſemper, & toties quoties uiſitatio fiet, & ſi negligens in hoc eos inuenerit, uiſitator poſſit, eos ad arbitriũ pu nire, & ipſe ſuppleat uices &c.

☞ De prærogatiuis canonicorum ſupernumerariorum per diocæſim & eorum præcedentia & onere. Cap. III.

CVm in Eccleſiis Diocæſis Noſtræ Syracuſanæ, nonnulli canonici ſupernumerarii eſſe conſueuerunt, gaudentes quibuſdam titulis, Gratiis, præheminentiis, atq; emolumentis, quorum inſtitutio ſemper fuit, per Epiſcopum pro tempore exiſtentem: qua quidem dignitate, uiri literati, nobiles, & benemeriti honorantur, Pleriq; ut ad eam promoueãtur, uirtutem amplectuntur, ac Eccleſiæ Noſtræ ex ipſorum canonicorũ præſentia, decorantur. Stantibus igitur prædictis canonicis in ſuo ſtatu, prout hactenus ſteterunt, & emolumẽtorum participatione, ſecun-

dum consuetudinem locorū in quibus habitant, ne lis, seu differentia oriatur in futurū, circa locorum, siue præcedentiam in choro, & processionibus: Declaramus, ut in singulis locis Nostræ diocesis, uiceuicarii Nostri habeant primum locum, prout hactenus habuerunt: secūdum uero locū, habeant curati, tanq̃ Pastores, & Nostri coadiutores, ad quos pertinet animarum cura (nisi cōsuetudo fuerit, curatos in eorum ecclesiis uiceuicarios præcedere) Post hos sequātur prædicti canonici supernumerarii, seruantes inter se ordinem antiquitatis in canonicatu, habito tamen respectu ad singulorum gradus, ut scilicet, inter sacerdotes canonicos, antiquior in canonicatu, cæteros præcedat, & inter diaconos, similiter antiquior, & sic de aliis, nec liceat alicui, alios alterius gradus præcedere, uel ordinis non sui, quamuis illis in canonicatu esset antiquior. Sed si ab uno ordine seu gradu inferiori, quis ad alium superiorē promotus fuerit, inter eos illiusmet gradus siue ordinis, locum habeat, secundū antiquitatem promotionis ad canonicatum, & nō ad ordinē. Post canonicos autem præsbyteros, sequantur cæteri sacerdotes, deinde clerici, seruato inter eos ordine antiquitatis, ad præsbyteratum, & sacros ordines. Siquis uero hanc Nostram declarationem non seruauerit, & locum non sibi competentem

c. quanq̃ circa finē xxiii. dist.

Argu. c. a subdiacono, & c. ca. diaconi septē dist. 93 & 33. q. v. c. cst

tenere præsumpserit, Pœnam untiarum sex pro uice qualibet incurrat: ultra pœnas alias, iuxta qualitatẽ præsumptionis siue pertinatiæ arbitrio Nostro imponendas. ordo. & di stin. 75. c. v. ti. & . c. Epos di stin. 17.

## DE CLERICIS PRAETENDENTIBUS exemptionem ignotis peregrinis, atq; Apostatis. Tit. XVIII.

### Quomodo debeant ignoti, uel noti Præsbyteri, ad celebrandum in Ecclesiis admitti. Cap. I.

CVm nõnulli ad diuersas mundi partes se cõferant, gerentes se pro clericis, cum sint layci, uel alias ignari, infames, excommunicati, aut irregulares, uel ab ordinariis propter suos graues excessus bãniti: Idcirco inhibemus omnibus Nostris officialibus, & ecclesiarum Rectoribus, ne in ecclesiis suis ad celebrandum, ignotos sacerdotes admittant, nisi per Nos examinati, aut approbati fuerint, & licentiam a Nobis obtinuerint, postq; de eorum legitima ordinatione constiterit, & absentiæ suæ causa, a Ciuitate & diocæsi propria per Nos approbata fuerit. Prædictæ autem licentiæ nulla fides habeatur: c. i. & . ei tvæ ifra de clericis peregri.

nisi cancellarii nostri manu sit subscripta, & Nostra, uel Vicarii, sigilloq; munita. Siquis autem ignotus in transitu, ex sua deuotione celebrare uoluerit, permictatur in secreto, & absq; populo. In notis autem, & cognitis, undecūq; ipsi sint, prædicta Volumus obseruari: cum hac moderatione, si ad celebrandum, ultra octo dierū spatium, sine Nostra, aut Vicarii nostri licentia, fuerint ab ipsis officialibus nostris, & ecclesiarum rectoribus tollerati. Alias, tam recipiens, & tollerans, q̄ receptus siue notus, siue incognitus sit, pœnam grauem, arbitrio Nostro inferendā incurrat, & credatur accusatori, si sit bonæ famæ, cum iuramento, & quilibet sit accusator.

prout in dicto .c. tuæ fraternitatis.

## De apostatis & ignotis, regularibus, & Monachis non tollerandis. Cap. II.

CVm natura prona sit ad malum, & faciles bona mutentur indeterius, accidit sæpe numero, multos qui in aliqua approbata religione spontaneam fecerunt professionē, Qua peracta per multa tempora, habitu religionis dimisso, ad sæcularem & laxiorē uitā transiuisse: ut mūdanis liberius, ualeant se uoluptatibus mācipare: solius eorū carnis obsequentes Imperio. Pluresq; alios,

c. vt periculoia ne cleric. vel mo. lib. vi &. c. a nobis de apost.

tacita ueritate, & ſuggeſta falſitate, prætextu reſcriptorum a ſede Apoſtolica, uel eorum ſuperioribus obtentorum ſe excuſantes, ſe ingerere præſumunt, miſſarum celebrationi, ac aliorũ diuinorum officiorum. Et quoniam, ſecundũ Euangelii doctrinam, Nemo apponens manus ad aratrũ, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei: Statuimus & diſtricte Præcipimus, atq; Mandamus, ut omnes qui a ſuis Religionibus receſſerunt, ſiue regulares ſint, ſiue monachi, cuiuſcũq; ordinis, non ſolum non admittantur ad diuina, uerum etiam non tollerentur in Ciuitate, & diocæſi Noſtra, extra ſepta monaſteriorum ſuorum, niſi legitimas oſtenderint diſpenſationes, & habilitationes, per Nos aut Vicarium Noſtrum approbatas & exequutoriatas, Aliter ad religionis clauſtra remediis canonicis redire cogantur. Si quis autem, ex officialibus Noſtris, hanc Noſtram conſtitutionem & ordinationem exequi, aut retardauerit, aut diſſimulauerit, graui pœna Noſtro arbitrio imponenda punietur.

Argu. c. fi. de apo.

Luc. c. ix. in fi.

Arg. in. c. cũ perſonæ de priuil. lib. vi.

## ☞ De reſcriptis ſeu priuilegiis exẽptionũ, exhibendis. Cap. III.

CONſueuerunt nonnulli clerici, quibuſdam ſubterfugiis, correptionem ſuorum Prælato

rum euadere, sibi ipsis exemptionẽ procurantes, Modo per literas Apostolicas, Modo per familiaritate n sanctæ Inquisitionis, & nonnunq̃ se ipsos immiscentes seruitiis sanctæ Cruciatæ, & aliis huiusmodi. Quia uero uidimus hoc sæpe fieri, tacita ueritate, & suggesta falsitate nullã multotiens habentes exemptionem: ideo præsenti constitutione, Mandamus omnibus & singulis clericis, tam subditis Nostris, q̃ aliis quibuscũq; prætendentibus se exemptos esse a iurisdictione Nostra, quocunq; titulo, seu causa, ut infra mẽsem unum a die publicationis huius, habeant & debeant Nobis, aut Vicario Nostro Generali, suarum exemptionum rescripta, siue facultates, quæcunq; fuerint, præsentasse, & uiso earũ tenore, & bene examinato, probemus probanda, & refellamus refellenda, ne Nostra incuria quid depereat, de grege Nobis commisso. Qui uero in futurum, a iurisdictione Nostra, se eximere intenderint, infra dies quindecim, postq̃ ad diocæsim Nostram peruenerint, similiter Nobis, aut Vicario Nostro Generali rescripta sua p̃sentabunt: interea tamen, Ante legitimationem suarum facultatum, nullã exerceant auctoritatẽ, quas facultates, seu rescripta Nobis exhibita & præsentata, obseruari parati sumus prout tenemur.

c. cũ ꝑsonæ de ꝑuil. lib. vi. Vid. concil. tridẽ. sessiõe. v. ibi ecclesiarũ prælati & sess. vi. i c. ẽptorũ caussis.

Contra uero apostatas uide capitulum. 16. in titulo De poenis.

Contra uagabundos, & non legitimantes dispensationes suas, uide in titulo De poenis capitulum 17.

## DE HAERETICIS ET CRIMINOSIS, & de superstitionibus tollẽdis. Tit. XIX.

### De inquirendis & denuntiandis hæreticis & aliis criminosis. Cap. I.

CVpientes quantum cũ Deo possumus, Gregi nobis commisso consulere, & in primis omni studio illũ ipsum ab omni nedum hæretica prauitate, sed suspitione tueri, & custodire, & ab omni superstitione liberare, & peruersorum audatiã & temeritatem compescere: Monemus oẽs & singulos officiales nostros, & ecclesiarum Parrochialiũ Rectores, eorũq; locatenentes, cappellanos, uel substituros, eisdẽq; nihilominus in uirtute sanctæ obediẽtiæ districtæ Præcipiẽdo Mãdamus & cõmictimus, quatenus oẽm diligẽtiã, iquisitionẽ & idaginẽ, i parrochiis bñficiis: & plebibus suis facere non desistant: si aliqui inter eosdem parrochianos suos forte reperiantur hæretici: scismatici: lutherani, uel qui scripta & opera hæreticorum

c. excommunicamus de haret.

huiusmodi penes se habeant, & ea legant, aut de illis quoquomodo referant, excommunicati, incantatores, malefici, lamii, seu lamiæ, uel strigones, publici concubinarii, Manifesti usurarii, uenefici, Blasphematores, seu Deum, & sanctos publice maledicentes, Monialium uiolatores, & qui synceritati catholicæ fidei quoquomodo detrahant, seu qui non confiteantur, & sacram Eucharistiam saltem semel in ãno nõ recipiant, uel qui gentilium & paganorum more uiuant: qui summo Pontifici, & Episcopis, & aliis Prælatis: & personis ecclesiasticis detrahant: & maledicãt, eosq; si quos inuenerint, ex nunc debeant: ac teneantur, Nobis seu Vicario Nostro denuntiare, ut Nos Domino concedente: contra huiusmodi perniciosos homines prout conuenit prouidere ualeamus. Siquis autem in huiusmodi indagine & denuntiatione negligens, aut contrauenìens repertus fuerit: pro qualitate delicti: ultra pœnã a iure statutam: aliis quoq; pœnis arbitrio Nostro punietur.

De superstitionibus tollendis, & earũ Pœna. Cap. II.

QVia dolenter accepimus, in aliquibus locis diocæsis Nostræ, infirmos nocturno tempore

pore per Ciuitatem circumduci, dicentibus illis qui eos circumducunt, seu cantantibus, nonnulla superstitiosa uerba, & aliquos quoque actus facientibus; quibus credunt infirmos sanari. Audiuimus etiam mulieres aliquas se iactasse, infernum & Paradisum uidisse; atque (ut uulgo dicitur) iuisse in sæculum: Ne igitur diabolus nostræ salutis inimicus, qui in defessus circuit quærens quē deuoret, adeo crudeliter sæuiat in oues sanguine Christi redemptas: Ne insuper fideles eadem diabolica labe inficiantur; Præcipimus & districte Mandamus omnibus, & singulis utriusque sexus, curæ Nostræ Pastorali creditis, sub pœna excommunicationis, & carceris, iuxta superstitionis qualitatem, ut post harum cōstitutionum publicationem, debeant a supradictis, & a quocunque alio superstitionis genere, Penitus, & cum ueritate se abstinuisse. Declarantes, præsentem Nostram constitutionem post eius publicationem, in uim transiisse Primæ, Secundæ, & Tertiæ iuridicæ monitionis. Nostris uero Vicariis Mandamus in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub aliis pœnis, iuxta eorum negligentiam infligendis, ut die, noctuque ad eradicandum huiusmodi peccatum inuigilēt: & pro ut dominus eis uires subministrauerit, laborent. Quos autem inuenerint, in sua damnatione perseuerantes,

c. admoneat a. c. nō obseruerts. 26. q. vii. c. contra idolorum ea ca. q. v.

P

statim in eos excommunicationis sententiã pro-ferant: Et deinde Nobis id significare curabunt, ut cõtra illos opportunis remediis, iuxta sanctorum canonũ dispositionẽ, procedere ualeamus.

## DE VSVRIS. Tit. XX.

☞ Contra Vsurarios & simulatas cõuentiones inientes. Cap. Vnicum.

CVm tanto sint grauiora peccata, quanto diutius infælicem animã detinent alligatam, Nemo sanæ mentis non intelligit naturali iuri (cuius transgressio salutis periculũ inducit) quacũq; consuetudine (quæ in hac parte corruptela uerius est dicẽda) posse aliquatenus derogari, quãto minus diuino. Cum itaq; Dominus dicat, nõ
Deute. c. xxiii. fænerabis fratri tuo ad usuram pecuniã, item fratri autem tuo, absq; usura id quod indiget commodabis, ut benedicat tibi dominus Deus tuus, in oĩ opere tuo. Et Dominus noster Iesus Christus,
Matt. c. 5 Luc. c. 6. mutuum date nihil inde sperantes: usurarũ uoraginem, quæ animas deuorat, & facultates exhaurit, compescere Cupientes, prauam fænoris consuetudinem, quam apud nonnullos perditionis filios inoleuisse audiuimus, remediis ecclesiasticis præsenti Nostra constitutione abolen-

dam censuimus: Statuimus igitur, si quis clericus aut laycus, in contractu usurario, aut simulato, uel in usurarum fraudem confecto, aut alias illi cito conuictus fuerit, præter restitutioné ad quá de iure tenetur, & ultra pœná a iuribus statutam, pro prima uice in ducatos uiginti. Si uero semel conuictus iterum conuincatur, si clericus & beneficiatus, ad beneficiorum priuationem, & ab officio suspensionem contra eú procedetur. Si uero laycus, aut non beneficiatus, ultra etiam pœnam a iure statutam, pœnam superius expressam soluat in dupplo, quam toties Volumus dupplicari, quoties iterum conuinci contingerit, si aút unde soluat non habuerit, luat in corpus ad arbitrium Nostrum.

c. quid; dicam. iiii. q. iiii. & c. si res ea, ca. q. vi.

c. Episcopus cum aliis seq. 47. disti.

## DE OBSERVATIONE FESTORVM. Tit. XXI.

### Quæ festa sint obseruanda & quæ non Cap: Vnicum.

CVm sancta mater Ecclesia, spiritu Dei edocta, atq; eiusdé uerbo inixa dicétis, Meméto ut dié Sabbati sanctifices, spúali refectioni tépus deputauerit, quo diuinis uacando hóis Mens in Deo reficeret, certosq; ad id dies enumerauerit: Non ab re fore Cēsuimus, si ad illorú tm̄ dierum

Exo. c. 20

obseruantiam; Pastorali curæ Nostræ commissus populus cogeretur, festoru pluralitate & multitudine, illa moderata, quæ temporum usu extat introducta. Cum experientia dignoscatur q plurimos & pene omnes his diebus, ludis, choreis, tripudiis, conuiuiis, ac detestabili otio uacare: Pauperes etiam, dum manuum suarum labore, uictum quærere non permictantur, fame uexatos murmurando potius peccare, q diuinis uacãdo, debitas laudes Deo persoluere, quodq pie fuit a fidelibus introductum, inde peccandi nascitur occasio. His igitur moti, & aliis iustis de causis adducti: Statuimus & Ordinamus, ut de cætero subsequentes dies tantum, ab omnibus, tam in Ciuitatibus, q in cãpis, festi ac celebres habeantur, & unusquisq a quouis opere se abstineat. Videlicet Dominica dies, quæ in dominicæ Resurrectionis gloriam, a primitiua Ecclesia ad Nos usq, maxime celebris semper est habita, dies quoq Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, sanctorum Stephani, Ioãnis, Innocentium, Circuncisionis, Epiphaniæ, Pasche Resurrectionis, cum feria secunda, & tertia, Ascensionis, Penthecostes, cum feria secunda & tertia, Corporis Christi ac etiam quattuor beatæ Mariæ uirginis festa, Purificationis scilicet, Annuntiationis, Assumptionis, & Natiuitatis. Natalia quoq

c. I. de cõse. di. iii.

c. conquestus de feri.

omnium Apostolorum, festũ inuentionis sanctæ Crucis, Ioãnis Baptistæ, Laurentii, dedicationis sancti Michaëlis, Omniũ Sanctorũ, & sanctæ Luciæ. Patronorum uero uniuscuiusq; Ciuitatis, & loci, ubi consuetũ est in sua Ciuitate, uel loco tantum, & non in campis: Rogationum similiter, quousq; finiatur processio, idemq; in die sancti Marci. In cæteris autem festiuitatibus, quacunq; ratione uel institutis, uel receptis, & quæ sub præcepto celebrari debeant, Permictimus, liberumq; cuiq; facimus, ut missa audita (de qua suã cuiusq; oneramus conscientiam) ad operas suas, quibus suam & suorum alimoniam quærere cogitur, redire possit, nisi aliter ex sanctæ Apostolicæ sedis Præcepto, esset obseruandum.

c. Crucis de conse. disti. iii.

c. i his distin. xi.

c. pater & c. cuncta per mũdũ. ix. q. iii.

## DE LAYCORVM CONFRATERnitatibus. Tit. XXII.

### De Nouis confraternitatibus, nõ instituẽdis. Cap. I.

QVoniam experientia docẽte Didicimus, nouas fraternitates plerũq; parrochialibus ecclesiis, ac ipsarũ Rectoribus p̃iudiciũ generare, & ex multiplicatione cõfratriarũ sæpe scãdala oriri, & q̃nq; quæ in usus pios cõsumẽda sunt, ĩ crapulam cõuerti: Si quidẽ dies festos cõfratriarũ non

aliter quidem, se confratres digne celebrare putant, nisi commessationibus, & ebrietatibus deseruiant. Iccirco Prohibemus, ne de cætero sine expresso Nostro consensu, & approbatione, quæcunque nouæ fraternitates admittantur. Volētes, quod iam factis, & a prædecessoribus Nostris approbatis, in nullo præiudicetur: dummodo terminis suis contentæ existant, & eorūdē capitula, Per Nos aut prædecessores Nostros fuerint approbata, quæ etiam seruari omnino, in uirtute sanctæ obedientiæ Præcipimus. Mandantes eorum cappellanis, ut ea semel saltem in mense præsentibus confratribus legi procurent: Prohibentes omnino illas conuenticulares, commessationes, maxime diebus festis illarum confratriarum, & ex denariis earundem faciendas, seu soluendas.

c. nō oportet distin. 42.

## Quod Confratres Disciplinantium saccis super induti, Arma non deferant. Cap. II.

CVm uiderimus in aliquibus Nostræ diocæsis quosdam confratres domorum disciplinantium, arma deferre in processionibus consueuisse, ex quo multa scandala malaque euenerunt, & maiora forsan iam euenissent, nisi Nos illud prohibuissemus. Vt igitur talem abusum, & tantam

malorum occasionem, penitus auferamus, Sancimus, ac districtæ præcipiendo Mādamus, sub pœna excommunicationis, & aliis pœnis ad arbitrium Nostrum imponendis: Vt nullus confratrum sacco, seu ueste, suæ confraternitatis indutus, in processionibus, uel extra, audeat de cætero arma offensibilia deferre, cuiuscunqȝ generis, & sub quouis prætextu, etiam mortalis odii, siue inimicitiæ. Sanctius est enim, ut qui odium nutrit in pectore, a ministerio se abstineat ecclesiastico, q̄ꝗ religioso abutens habitu, & sibi, & aliis sit in perditionem. Præcipimus etiam, ꝙ ut honestius & deuotius incedāt in processionibus, saccos habeant longos, usqȝ ad pedes.

## DE DOCTINA CHRISTIANA Tit. XXIII.

### ☞ De Puerorum magistris, & eorum Christiana eruditione. Cap. I.

CVm a teneris assuescere multum sit, & nō expediat, teneros adhoc adolescētiū animos, lasciua & īpudica opera auscultare: Monemus oēs & singulos parētes, Tutores, & Curatores, ꝙ sūmā diligētiā adhibeāt, ī eligēdo, quibus p̄ceptoribus c. omnis ætas .xii. q.i.

utantur liberi sui: & pueri illi, quorum tutela su sceperunt, quos semper ex melioribus optimos inueniant, qui religiosi sint, ac bene morati, & Deũ timeant. Lasciuos & scãdalosos auctores abhorreant, & non tantum literas, quantum bonos mores & Christianam uitam profitentes. Cum enim in maleuolam animam non intraturam sapientiam scriptum sit: oportet eorũ animas, priusq̃ linguas disertas fieri: Summam quoq; diligentiam adhibeant, in eligendis illis, quorum custodiæ liberos suos credunt, est enim obseruatum, magna cum difficultate tolli posse uitia illa, quibus tenera adhuc ætas, uel Pedagogorum culpa, uel magistrorum, uel parentum in curia, infecta sit, quæq; una cum ætate excreuerint. Quia uero nulla melior hæreditas, & firmior possessio a parentibus filiis suis uirtute relinqui potest: Moneant sacerdotes curati iuratos, & officiales Ciuitatum, & locorum maxime Populosorum, ꝙ pro instruendis pueris conducant publice, præceptorem aliquem. In qualibet autem schola Hortamur, ꝙ ad minus in sero pueruli paruuli priusq̃ domum dimictantur, genibus flexis, omnes alta & intelligibili uoce dicant orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Salue regina, Symbolum Apostolorũ, & signent se sanctissimo signo Crucis.

Vid. concil. Lateranen. sub Leone. x. in nona sessio. ibi reformationes curiæ & aliorum c. legimus cum multis aliis in tota disti. 37.

Sapiē. c. 1.

De congregandis,& erudiendis pueris in Ecclesiis. Cap. II.

EX studiis suis intelligetur puer, si recta & mūda sint opera eius, & adolescens iuxta uiam suam ambulans, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Deploranda æquidem Nostræ tempestatis, & uere tempestatis calamitas, in qua plurimi etiam senes & patres familias reperiuntur, qui cum diuersa studia, diuersas artes calleant, Christianæ professionis appareant pœnitus imperiti. In qua tamen professione proficere, tam pro sua, q̄ alienorū (præcipue quibus præsunt, institutione necessarium fuerat) Nam quō scient, aut docebunt alios, quod nescierint ipsi fugere, aut illud quod ignorauerint exercere? Proinde cum pueros diebus ferialibus in sæculi disciplinis modis superius expressis erudire Cupiamus: Decens est, ut diebus festiuis, studiis Christianæ institutionis intendant. Quo diebus Dominicis, & festiuis pueri & alii in ætate tenera constituti, qui diebus huiusmodi, pro ut ætas illa in malum prona est, ad ludos, Rixas, & alia illicita diuertere consueuerunt: In Ecclesiis conuenientes Christianæ Religionis rudimenta, aliaq; ad salutem necessaria doceantur. Omnes & singulos Rectores, & Cappellanos prædictos, aliasq;

Prouer.c. 22.

personas ecclesiasticas, Hortamur, & Rogamus in Domino, ut huic operi sedulo studeant, & inuigilent: Paruulos ipsos eisdem diebus in ecclesiis congregando, disciplinis sanctissimis imbuendo, & dirigẽdo, eos exhortando ut librum interrogatorii præceptoris, & discipuli, sibi familiarem reddant, & saltem semel in mense eos ad cõfessionem inducant. Vt sic retrahantur a malo, & confortentur in bono, ac ad uirtutum & gratiarum proficiant incrementa, & fermento ueteri derelicto, abolitaq; scabra rubiginæ uetustatis, noua, sancta, ac Deo placens progenies, exurgat: Iactaq; in eis semina, in agro dominico fructus afferant copiosos.

c. vt q̃sq; de vit. & hon. cler.

☞ Vt Curati moneant parrochianos super institutione propriæ familiæ. Cap. III.

NOn desistant etiam sacerdotes curati, Parrochianos suos diligenter monere, ut quilibet sollicite uigilet super filios, & filias: quibus cum uersentur, quiq; domos suas frequentent. Puellas quoq; custodiant, a conuersationibus, & cõfabulationibus, quorumcunq; etiam affinium, & coniunctorum: ꝙ in dominicis diebus non uacent, nec etiam in solennitatibus sanctorum tripudiis, aut saltationibus turpibus, aut aliis can

1. Corin. c. 15.

c. irreligiosa de cõse. dist. 3.

tilenis, ſed magis diuinis officiis, non ſe fucis, aut aliis pigmentis pingant. Item φ unuſquiſq; inuigilet ſuper famulos, ne quid turpitudinis per eos exerceatur: luſtret, ac recenſeat ſaltem ſemel ſingulo anno (ſi non frequentius) familiam ſuam, ſi omnes Chriſtiane uiuant, ſi omnes ſeu quilibet ad ætatem legitimam prouectus, ſit peccata ſua confeſſus, & Euchariſtiam ſuſceperit. Eos autem quos blaſphemos, uel alio uitio laborantes, uel ſanctæ matris Eccleſiæ præceptis non obtemperantes, inuenerint, nequaq̃ domi ſuæ manere permittant: cum etiam pro ſubditorum ſuorum exceſſibus, rationem Deo reddere quilibet teneatur, Dicente Propheta, ab alienis parce ſeruo tuo. Eos etiam cum opus fuerit bene tractẽt, memores eos, & ſi ſerui ſunt, homines tamen eſſe & proximos, ac fratres noſtros, cum ex eodem parente originem omnes trahamus, Nihil inter nos, & ipſos in his quæ naturæ neceſſaria ſunt, differre putemus.

1. ad Thi mot. c. 2.

c. omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſſ.

1. ad Thi mot. c. 5.

Pſal. 18.

## DE PAVPERIBVS ET MISERABILIBUS PERSONIS. Tit. XXIIII.

### ☞ Quod pauperes benigne ſuſcipiantur. Cap. I.

QVum de Egentium commodis piam habe-
re sollicitudinem, ad Pontificalem dignita
. diuina: 87. disti tem pertinere, & eisdem Egentibus eleemosynas
tribuere, ad pietatem Christianam spectare, nõ
Ambigamus: Memores uerborũ dñi Iesu qui di
Matt.26. xit pauperes semper habebitis uobiscũ, & quod
uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Idcirco
irreligiosum prorsus & execrabile iudicamus, si
Christi pauperes in Ciuitatibus & terris diocæ-
sis Nostræ, ubi pro petenda eleemosyna attinge
re contingerit, benigne & charitatiue a quibusuis
Nostris subditis non susciperentur. Hortamur
igitur omnes utriusq; sexus christi fideles, Ciuita
tis & diocæsis Nostræ: ut in huiusmodi egenorũ
& pauperum subuentione, & eleemosynarum lar
gitione, ac cæteris misericordiæ operibus, suo lo
co & tempore ita charitatiui se habeant & demõ
strent: q; in horrendo iudicis iudicio & extremo
Matt.25. examine, audire mereantur Saluatoris uocẽ, Ve
nite benedicti patris mei: quia esuriui, & dedistis
mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere.
Quod ut feruentius perfici ualeant, quadragin
ta dies, de iniunctis pœnitentiis pro commissis cul
pis, pmissa exercẽtibus, in domino Relaxamus.

☞ Ne Medici per Ecclesiã uagari permictãtur.
Cap. II.

ITem iniungimus sacerdotibus omnibus, q̄ non permictant pauperes mendicantes, cuiuscunq; sint conditionis per ecclesias uagari: & maxime dum Diuina celebrantur officia. Et ne charitatis opus prætermictatur, a curatis seu ecclesiarum Rectoribus, locus congruus deputetur: In quo & pauperes eleemosynam petere, & Christi fideles illam eis tribuere possint, absq; diuinorum perturbatione. Arg. c. decet domū de imu. ec cle. lib. vi.

De cura habenda circa infantes expositos. Cap. IIII.

VNusquisq; sobolem suam nutriat: q̄ si propter nimiam paupertatem, egestatem, p̄ exponendam putauerit, pietatis domum, seu Hospitalem habet. Quem Nos nimium grauari, Nolentes, ut facilius & commodius pietas hæc exerceatur in uere pauperes, qui filios suos non habentes unde eos aliter alant, coacti exponunt. Sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, parentes illos qui carnem suam despicientes, & relegato pietatis officio: liberos suos exposuerint: uel exponendos curauerint, aut expositos sciuerint, si eorum facultates, ac patrimonii uires suffecerint, Cogimus ad reficiendum dicto Hospitali, seu pietatis domui, omnes impensas. Vel c. vnico de infan. exposi. & c. vl. i. dist. 87.

cum hospitalario, seu Gubernatore illius domus conueniendũ infra mensem, ne forte ea quæ pauperum sunt, & egenorum, non indigentes, dolo surripiant, in ipsorum animarum perditione, & pauperum desolatione.

## De societate Charitatis. Cap. IIII.

QVia uero in sanctissimo Sacraméto, in quo Passionis Domini memoria recolitur, eius exhuberans Charitas explicatur: cõueniés, quin potius necessarium fuit, ut ad Dei honorem, & gloriam, pauperumq;, ac miserabilium persona rum (quæ Christi membra esse cẽsuimus) subuẽ tionem, institueretur in Ciuitate Syracusana, & in nõnullis aliis Nostræ diocæsis locis, sancta, ac laudabilis societas Charitatis. Et cum ex ea quã si adhuc in eius primordiis, tot pietatis & miseri cordiæ opera prodire conspiciantur, & in dies maiora sperentur: Hortamur omnes & singulos Ciuitatis & diocæsis Nostræ ecclesiarũ rectores, & cappellianos, eisq; nihilominus in uirtute san ctæ obedientiæ Mandamus, ut parrochianos su os, ad manutentionem, & augmentum societa tis huiusmodi moneant. Et ubi hæc sanctissima societas instituta non est, pro uirili curent institui de nouo: inducentes eos ad elecmosynas eidem

confraternitati, illius intuitu largiendum, a quo cuncta quæ possident acceperunt. Ad quas quidem eleemosynarum largitiones, etiam ipsi populares se non debent difficiles exhibere: quasi ipsos negocium huiusmodi non attingat. Cum præter id, q̄ Charitas nō quærit, quæ sua sunt, Multi etiam ex ipsis popularibus, ope eiusdem societatis captiui, redimantur, litibus fatigati reficiantur, & adiuuentur, & paupertate oppressi releuentur. Sciturí omnes, tam clerici q̄ layci, q̄ si libenter pro Charitate, & solerter elaborare, & ei opem ferre neglexerint, charitatem non habere procuidubio dignoscentur: cum Charitas sit fons proprius cui non communicat alienus. I. Corin. c. 13.

### De inuestigandis, & denunciandis oppressoribus Ecclesiasticæ libertatis, pauperum & miserabilium personarum. Cap. V.

STatuimus & Ordinamus, q̄ omnes clerici & maxime beneficiati, inuigilent, atq; studeāt perquirere, si qui sūt oppressores ecclesiasticæ libertatis piorū locorū uiduarū pupillorū, & aliarū miserabiliū personarū. Et si quos repererit Nobis aut c. siqs deporēcib9 14. q. iii.

Vicario Nostro significent, & referant: Vt contra illos debita possit fieri prouisio. Qui autẽ negligentes fuerint reperti, pro qualitate negligentiæ punietur.

c. desensionis distin. 87.

## DE QVAESTORIBVS. Tit. XXVI.

Ne Quæstuantes recipiantur cum copiis suarum facultatum, nisi approbatis per Nos: aut Vicarium Nostrum. Cap. I.

NOnnulli a sede Apostolica Indulgentias impetrant, uel ab eadem sede impetratas emũt, ut quasi eo cõmercii genere pecunias exquirant: sub prætextu redemptionis captiuorum, uel ꝙ ex infidelibus sacro baptismatis fõte renati sint, uel ꝙ impiorum infidelium manus euaserint uel alio quocunq; colore. Alii gratiæ suæ tenorẽ materno sermone imprimi faciendo, plus in impresso habent: ꝙ sit in originale, ut populos decipiant. Alii etiam quandoq; tum absoluendi, tum dispensandi ministeriũ nullatenus eis concessum, usurpant. Ne ista ulterius fiant: Mandamus omnibus ecclesiarum Rectoribus, & locumtenentibus eorundẽ: ut huiusmodi copias, nullatenus acceptent,

c. cum ex eo de pœnit. & remissi. c. cum. de priuil. Cle. ii. de pœnit. & remissi. & tacitum p duobus leg.

acceptent, seu publicent, nisi a cancellario Nostro subscriptæ, & sigillo Nostro, aut Vicarii Nostri signatæ fuerint: etiam si alias a Nobis, generaliter quærendi licentiam habuissent.

## ☞ Quod nullus permittat se ab ipsis quæstuantibus absolui, & ne ipsi quæstum agant, sine Nostra, uel Vicarii Nostri licentia. Cap. II.

Sine licentia nõ admittantur etiam religiosi, cuiuscunq; ordinis, ut illi qui sub titulo sancti Spiritus, sancti Antonii, sancti Rocchi, seu aliorum Sanctorum nominari se faciunt, mentientes se quandoq; clericos, cum non sint. Ad moneant insuper ecclesiarũ rectores, parrochianos suos, ꝙ non faciant se a talibus absolui: quia pro absolutis non habebuntur: cum absolui minime poterint a talibus circulatoribus, qui sub modis istis rudes homines decipientes, student ab eis pecuniam recipere: ipsis persuadendo, ꝙ sunt sacerdotes, quod ut facilius persuadeant in habitu sacerdotali incedũt, & breuiarium in manibus gestãt, & ꝙ possunt uota cõmutare, dispẽsationes facere, absoluere a casibus reseruatis. Qui omnes quæstores, plusq; sibi liceat, sibi uẽdicantes, si capi poterunt, tanq; falsarii Aposto-

c. tuarum de priuil. vid. quæ in .j. c. alleganturi

licarum literarum , per officiũ Nostrum mulctabuntur. Nemo igitur sine licentia Nostra, uel dicti Nostri Vicarii, in Ciuitate & diocæsi Nostra Syracusana quæstum agere præsumat, sub pœna amissionis eiusdem, quod quæstuasset, & animalium omnium, & rerum, cum quibus quæstũ egisset, ultra pœnam a Nobis infligendam.

## Quomodo hi quæstores sint a sacerdotibus commendandi, & q attendantur datæ licẽtiarum. Cap. III.

CVm autem contingerit, Nos, aut Vicarium Nostrũ, aliquibus quæstoribus propter pia opera, per diocæsim Nostram eleemosynas colligẽdi, dedisse facultatem: hocq; per literas sigillo Nostro munitas, & non aliter constiterit, ipsimet ecclesiarum rectores, & non alii, ea solũ quæ in literis sigillo Nostro signatis, uiderint cõtineri, suis subditis exponant. Nec aliquem quæstorẽ permittãt prædicare, sed solũ eis liceat eleemosynas petere amore Dei, & sancti illius, cuius gratia sibi data fuerit per Ciuitatẽ, & diocæsim quæstuãdi licentia. Cum ad eorum officium non pertineat prædicare prout ẽt cauetur in Concilio Tridẽ. sess. 4. cuius uerba inferius annotantur: sed solũ charitatiua subsidia simpliciter, uel suppliciter po

Vid. quæ allegãtur in. i. cap.

stulare, ac indulgentias, si quas habēt ipsi eccle siarum Rectores sobrie christianis exponant, a garrula ipsorum quæstorum expositione peni/tus abstinentes. In omnibus autem, literarū Nostrarum Datam sacerdotes attendant, ne ultra datæ tempus, aliquid recolligant. Si autem cōtra uoluntatem curatorum ipsi quæstores prædicare, aut miracula, perterrendo homines enarrare, aut reliquias ostendere, uel quæstum quocunq; modo facere uoluerint: Nobis, seu offi/cialibus nostris ipsi Rectores denuntiare festi/nent. Aut inuocato brachio sæculari capian/tur, seclusa tamen sanguinis effusione, & enor/mi læsione, & ut ad Nos adducantur, curent.

☞ Tenor Concilii Triden.

QVæstores uero eleemosynarii, qui etiam quæstuarii uulgo dicuntur; cuiuscunq; cōditionis existant, ullo modo, nec per se, nec per alium, prædicare præsumant. Et contra facientes ab Episcopis, & ordinariis locorum, priuilegiis quibuscunq; non obstantibus, opportunis remedijs, omnino arceantur.

## DE SENTENTIA EXCOMMVnicationis. Tit. XXVI.

## ☞ Forma seruanda in absolutione illorum, qui publicati fuerint excommunicati. Cap. I.

CVm autem Dominus illuminauerit corda illorum qui fuerint excommunicati, ut ad ea quæ, ad animarum suarũ salutem instituta sunt, uere aspirent: uelintq; in gremium Ecclesiæ redire, capitisq; ecclesiæ (qui Christus est) Membra effici. Tunc cessante in illis causa, ex qua extra christianorum consortium exclusi erant, Viceuicarii authoritate eis a Nobis concedenda dictos excommunicatos absoluant, etiam priuatim, seruata tamen absolutionis forma inferius posita, faciantq; in Ecclesiis, in quibus fuerunt publicati, coram populi multitudine fore absolutos, nũciare. Aduertant uero Viceuicarii, eos, qui pertinaces extiterunt, non absoluere priuatim, sed ad exemplum aliorum, in die Dominico, seu festiuo, iubeant ad fores Ecclesiæ eos stare, genibus flexis, ibiq; astante populi multitudine, ad diuina congregati, publicæ absoluãt, pro ut inferius. Præstita prius cautione, de parẽdo mandatis ecclesiæ, & de cætero similia nõ attentando, saltem iuratoria.

c. cũ aliqs xi. q. iii.

c. ex tenore & c. cũ desideres de senté. exco.

☞ Tenor formæ absolutionis.

VIceuicarius in absoluēdo excommunicatos, Primo dicat Psalmum, Miserere, cum gloria patri. Quo finito dicat, Kyrieleison, Chiisteelei son, kyrieleison, & Pater noster, quo finito di/cat, Et ne nos, saluum fac, Nihil proficiat, esto ei domine, Domine exaudi orationem meam, Dominus Vobiscum, Oremus, Deus cui propriū est &c. sed mutando uerbum, scilicet delictorū, in uerbum, excōmunicationis &c. Et postea ab soluendo dicat, Ego absoluo te, auctoritate mi hi in hac parte commissa, & tibi concessa, a uin/culo excommunicationis quam incurristi, pro eo q non es confessus, & communicatus hoc anno, & restituo te, cōmunione fidelium &c. Et postea mandet ei sacerdos, q mandaturus est &c. Et si alia fuerit causa, excommunicationis illius, de il la fiat mentio, in absolutione. c. cū aliqs xi.q.iii.

☞ De Modo absoluendi excommunicatos, pro damnis illatis. Cap. II.

COnsueuerunt simplices confessores, passim absoluere auctores dānorū, eorū participes, seu scientes, cōtra quos lata est sententia excom municationis, sola promissione facta de restituen do. Quo fit, ut ipsi excommunicati ex īpositione manus confessorū tm, & credant se absolutos, & c. si sacer/dos de of fi. ord. & c. nup de sent. ex/com.

de satisfactione ulterius minime curēt. Ex hoc et sequitur, ꝙ pœna excōicationis, quæ summe timeri deberet, nō timetur āplius. Volentes igitur, & confessorū, & excōicatorū saluti consulere: ac dāna passorū idēnitati, Statuimus & mādamus, sub pœna excōicationis, & suspensionis a diuinis, ut confessores, hmōi excōicatos absoluere, non ꝑsumant. Nisi iuxta formā sacrorū canonū, idest aut facta prius satisfactione, aut facta cōuētione cū parte læsa, aut Epō cōsulto, super promissione satisfactionis, ab excōicatis facienda. Caueant ergo cōfessores, & suas, & quorū cōfessiones audiunt animas, per ignorantiam perdere: scriptum est enim, ignorans ignorabitur, & qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.

1 Corint. c. 14. Ecclesi. c. 13.

☞ Quomodo admictendæ sunt reuelationes, pro dānis illatis, instante sententia excommunicationis. Cap. III.

Sicut miseri homines (Diabolo suggerente) ex propria malitia, incidunt in peccata: sic (Eodem diabolo suggerente) ex propria malitia, mille modos inueniunt in peccatis perseuerādi. Cōplures enim audientes, se monitos ad restituenda dāna proximo, per eos illata, sub sententia excōicationis: adeūt unū sacerdotē, eidēq; sub sigillo confessionis fatentur, se damnū aliquod

c. nup de sēt. exco.

proximo intulisse, satisfactionē promittentes, ut sententiam excommunicationis impediant. Vel, post sententiam, ut absolutionis obtineant beneficium, intercedente pro eis sacerdote cum parte læsa, tacito nomine damnificantis. Post uero absolutionem, adeo satisfacere negligūt, tanq̃ si nunq̃ aliquid mali fecissent: immo a sacerdote requisiti eidem resistunt in faciem, factū omnino negantes. Et ita dolo quoq; in obstinationem incedunt, & excæcati, de peccatis ruunt in peccata, non sine graui infamia sacerdotis pro eis intercedentis. Volētes igitur huic morbo prouidere, sub pœna satisfactionis de proprio, & suspēsionis a diuinis, ad arbitriū Nostrū: Inhibemus, oībus, & singulis cōfessoribus, admittere de cætero sub sacramētali cōfessione, hmōi dānorū reuelatiōes, nisi facta satisfactiōe, uel cōcordia cū parte læsa. Quā si dānificātes non fecerint, uel de impotētia se excusauerint, remittāt eos ipsi cōfessores ad officiales Nostros, quibus, huiusmodi dānorū reuelationes iuridice fieri debent: ut in actis redigāt. Cū uero officiales Nostri ad quos spectat, hmōi damnorū reuelationes habuerint, & in actis redegerint: caueāt, sub pœna excōicationis & unciarū decē, illarum copias cuiquā tradere, nec de hmōi reuelationibus factis quoquomodo cognoscere nisi de Nostra, uel Vicarii nostri gñalis licētia. Nō

enim ad scandalum, & mali occasionem officiales sunt a Nobis deputati, sed ad subditorũ utilitatem, & iustitiæ administrationem.

### ☞ De publicandis per curatos excõmunicatis, omnibus diebus Dominicis, quousq; absolutionis beneficium obtinuerint. Cap. IIII.

VT autem excommunicationis euitetur periculum, & excommunicati rubore perfusi, ad reconciliationis gratiam redire citius compellantur: omnibus Curatis & Ecclesiarum Rectoribus Præcipimus, ꝙ quilibet ĩ sua parrochia omnibus diebus Dominicis, ipsos excommunicatos, infra missarum sollennia publice denuntient, nec ab huiusmodi publicatione, seu denuntiatione cessent, quousq; absolutionis beneficium, fuerint consequuti. Excõmunicati aũt, cum diuina celebrantur, ab ecclesiis, diuinorũ tẽpore expellant: interesse tamen p̃dicationibus possunt, sed nullo modo, in sacramẽtis sunt a quoquã admittẽdi: & iõ nullus p̃sbyter, p̃nte illo, quẽ excõicatum publicatũ sciuerit, Diuina celebrare præsumat. Et siquis excõicatus ad eiusdem monitionẽ, exire de ecclesia noluerit, & in clauiũ contemptu, pertinaciter permanere uoluerit: uel si excõicatus ta

c. cure. xi. q. iii.

lis fit, ꝙ propter potentiã, uel alias sacerdos monere eum nõ audeat: intret sacristiã & ibi missam perficiat: Ideoq; sacerdos, Nobis, aut Vicario Nostro denũtiet, & nihilominus, ipso pñte nõ celebret nec aliquod diuinũ offm, quoquomõ ministret.

☞ De his, qui mentiuntur se absolutos, & de diligentia adhibenda circa absolutos.
Cap. V.

QVoniam, excommunicati absolutos se esse asserentes, nonnunq; mentiuntur, ex quorum communione pericula eueniunt animarum, præsenti constitutione Inhibemus, Ne de cætero quisq; sacerdos curatus Nobis subiectus, quãcũq; personam eius parrochiæ, quã semel per Nostras seu Vicarii Nostri, aut superiorũ Nostrorum literas excommunicatorias sigillatas, excommunicatam denuntiauit: aut contra quam tales literas uidit, & recepit, ad diuina scienter admittat, uel coram ea celebret, aut absolutam credat, uel teneat. Nisi absolutionem suam literatorie sigillatam illius sigillo, qui eam excõmunicauerit, aut alterius absoluendi potestatem habentis, sibi prius ostendat: transgressores autem ultra pœnã iuris, quam incurrunt, Pœnam condignam se nouerint, non euasuros.

c. sicut de sẽt. exco.

c. proposuit ď cle. exco. minist.

## Præfatio in detestationem excommunicationis, Pro informatione curatorum, ut super his plebes suas instruant. Cap. VI.

c. senten/tia pasto/ris. xi. q. 3

c. corripi antur. 24 q. iii.

c. nup. de sen. exco.

Valde dolendum est, in hæc mala tempora Nos incidisse, ut a compluribus excommunicatio Pastoris non timeatur: sed potius parui/pendatur, cum plerique sint, qui excommunica/tionis sententiam negligant, cum eam reuereri, & reuerenter timere deberent, quia in Ecclesia Dei nulla maior pœna reperitur. Et cum ipsorum in/fælicium malitiæ, uel ignorantiæ, consulendũ sit, ut intelligant, q̃ grauiter errauerint, & errent ue/hementer, qui sentiunt, & asserunt excommunica/tionē non esse timendã. Præsbyteri parrochiales, curam aĩarũ exercentes in suis ecclesiis, suos par/rochianos debent frequenter admonere ut time/ant excommunicationē Pastoris: & cũ oĩ timore & reuerẽtia diligenter obseruent, & quantũ ĩ eis ē faciant obseruari, & caueant ab excommunicatis, ac eos euitent, tam in ecclesiis, q̃ extra, ne cũ eis participando grauiter peccent, & incurrant excõi/cationem. Et ut ipsi p̃sbyteri parrochiales, habeãt modũ admonẽdi suos parrochianos, aduertant ad hæc quæ Subnectimus tanq̃ uerissima, ac san/ctorũ, & canonũ auctoritate comprobata: in qui/bus propter maximam negocii iportantiam, ali/quantulum euagari non pigebit.

## ❧ Quod excommunicatio sit timenda. Cap. VII.

NAm ꝙ excommunicatio sit timenda, probatur auctoritate beati Gregorii, dicentis, sententiam Pastoris, siue iuxta, siue iniusta sit, timendam esse. Nemo.n. (ut inquit beatus Chrysostomus) contemnere debet ecclesiastica uincula .i. excõicationem, immo dicit beatus Augustinus, nihil sic debet formidare xp̃anus, q̃3 excõicari. Quia per excõicationem a corpore Dñi nostri Iesu xp̃i .i. ab unitate ecclesiæ separatur: Non aũt homo est, qui ligat, sed Xp̃s, qui hanc potestatem dedit, & Dominos fecit homines tanti honoris. Vnde Christũ uidetur contemnere, qui pastoris excõicationem contemnit, iuxta illud Euangelicũ, qui uos spernit, me spernit: & qui excõicatur, traditur sathanæ, ut idem inquit sc̃tũs. Omnis xp̃anus, qui a sacerdotibus excommunicatur, traditur sathanæ, extra ecclesiam etenim diabolus est, sicut in ecclesia Christus: & propterea diabolo traditur, qui ab ecclesiastica communione remouetur, & sic quamprimũ qui excõicatus est, quasi mẽbrũ absciſũ a corpore, quod nihil ualet. Sicut ergo timẽda est absciſsio mẽbri a corpore eius: sic nihil magis timẽdũ ẽ xp̃ano: q̃3 separari à corpore Xp̃i: quod ẽ ecclesia; absciditur aũt ab ecclesia excõicat9 per excõicationẽ que ẽ ic̃t9 gladii

c. sentẽtia pastoris xi.q.iii.

c. nemo xi.q.iii.

c. nihil & c. nemo xi.q.iii.

Luc. c. x.

c. omnis xp̃ianus. xi.q.iii.

ſpiritualis, qui magis timendus eſt, q̄ materialis. Immo (ut dicit Beatus Auguſtinus) grauius eſt hoc illi, q̄ ſi ferjretur gladio, uel q̄ ſi a feris deuoraretur: aut q̄ ſi flammis ureretur, quæ uerba ſunt aurea, & multum notanda. Poſſunt plures aliæ rationes adduci, quare excommunicatio ſit timenda: quia per ipſam efficitur homo infirmus ualde, qui nullum Remedium, uel Medicinam poteſt habere: ipſe enim eſt ſeparatus ab ecclesiæ ſacramentis, quæ inſtar uini, uulnerũ ſaniem mortificant, & inſtar olei, dolorem uulnerum dulcorant, & inſtar unguentorum uulnera ſanant. De quibus medicinis habetur in Euangelio de homine ſautiato, in eccleſiaſtico etiam unguētarius, ideſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, faciet pigmenta ſuauitatis, & unctiones cōficiet ſanitatis. Præterea excommunicatus eſt uelut homo captus ab hoſtibus ſuis, omni auxilio deſtitutus: quia eſt priuatus cōmunione fidelium, nec habet partem in aliquibus bonis, quæ in eccleſia fiunt. Ipſe eſt ſimilis illi qui cecidit in foueã: uel eſt ſub onere: & non habet qui eum ſubleuet: Salomone dicēte: ue ſoli, quia cũ ceciderit, nõ hẽt ſubleuantē ſe: e cõtrario uero dicitur, frater qui adiuuatur a fratre, eſt quaſi Ciuitas firma, ab excommunicatis aũt Dei gratia, & protectio ſub-

c. engeltrudã .iii. q.iiii.

Luc.c.x.

Eccleſiaſtici.c.38.

c reſecandæ.24.q. iii. & c. ſi quem de ici. exco.

Eccleſiaſti.c.4.

trahitur, & sibi ipsis relinquuntur, ut liberũ sit eis, ruere in peccati præcipitium, unde exire nõ ualeant, cum sint soli. Ad hæc excommunicatus est, uelut canis immundus, cui ecclesiam intrare non licet, ut in Apocalipsi, foris autem canes &c. Non enim sunt digni, uidere Dei mysteria, & non licet sanctum dare canibus, quæ enim cõmunicatio, homini sancto ad canem? Possumus dicere, excommunicatum similem esse palmiti abscisso a uite, qui ad nihilum ualet: nisi in ignẽ ponatur: Vt in Euangelio, sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi remanserit in uite, sic & uos, nisi in me manseritis.

Apoca. c. 22.

Io. c. xv.

## Quot mala, inferat excommunicatio. Cap. VIII.

EXcommunicatio excludit a communione fidelium, excommunicatus autem nõ potest cum hominibus communicare, uel participare, & communio actiua, & passiua, ei prohibetur: quia nec alii debent ei communicare, nec ipse aliis, & grauiter peccat, aliis communicando: quia uidetur excommunicationem contemnere, & cõmunionem sibi interdictã usurpare, & quæ maior pœna esse potest, q̃ inter homines conuersa

c. illud de cle. excominiit.

ri, & hominum carere suffragiis. Secũdo excludit a sacramentis Ecclesiæ, & morientes in excõmunicatione, carent Ecclesiastica sepultura. Tertio, excommunicatio priuat excõmunicatos suffragiis Ecclesiæ, quæ ualent ad quattuor, Primo ad augmentum gratiæ quam habent. Secundo, ad merendum gratiam, quam non habẽt. Tertio, ad Protectionem Dei habendam. Quarto ad defensionem ab hostibus promerendam. Excommunicatus non potest cum aliis interesse diuinis, uel cum aliis in ecclesia orare, tempore celebrationis diuinorũ, alias mortaliter peccat: nec ei licet, extra ecclesiam, sic prope stare, ꝙ audiat diuina. Quinto excommunicatus non põt stare in iuditio tanq̃ actor, sed conuentus potest respondere, & sic repellitur ab agendo: Repellitur etiam a procurando, & patrocinando, & testificãdo, & ab omnibus actis legitimis. Vltimo notandum est, ꝙ diabolus, in excommunicato habet potestatem, quasi in pecore suo, & utitur eo, sicut Rusticus iumento.

c. engeltrudã. iii. q. iiii. c. sacris de sepul.

cap. quod in te de pœnit. & remissi.

c. intelleximus de iud. & c. pia de except. li. 6.

c. audi denicꝫ cum glo. xi. q. iii.

## Quam Graue sit Periculum, cum excommunicatis uersari. Cap. IX.

QVam autem graue peccatum, & periculum sit, cum excommunicatis scienter participa-

re, uel ex hoc uno patet, ꝙ cum excommunica to, neq; orare, neq; loqui, nec uesci, licet, alias statim participantes incidunt in excōmunicatio/ nem, & peccant mortaliter: peccant enim in ex communicatorem, cuius auctoritatem contem/ nunt, & per consequens, peccant in Deum: pec cant in excommunicatum, cuius sanitatem impe diunt, dum uerecundiam, & confusionem, quæ est aliquando causa salutis, ab excommunicato auferunt: peccant in seipsos, quia morbū conta giosum euitare contemnunt: peccant in illum cu ius occasione excommunicati sunt: quia per hoc satisfactionem sibi faciendam impediunt. Præte rea, excommunicatus est sicut infirmus, habens morbum contagiosum & infectiuum, qui a con sortio hominum eiicitur, & excommunicatio est lepra Spiritualis, figurata per lepram Mariæ, & excommunicatum, tanq; leprosum euitare de/ bemus. Ipse enim in hoc ē deterior oībus pecca toribus: quia si alii peccatori cōmunico, nō est mi hi periculum, sed cōmunicare cū excōmunicato, magnū est peccatū, & periculū. Et propterea dia/ bolus loquens in quodā demoniaco, dicebeat, ꝙ propter unum excommunicatum, plures lu/ crabatur: quia unus excommunicatus, quādoq; una die facit peccare centū personas, dum facit,

c. sicut xi. q. iii. &. c. excōmu/ nicatos cū seq.

eas secum communicare, & sic ab excommunicato cauendum est.

☞ Quam periculosum sit, in excommunicatione perseuerare. Cap. X.

VLtra suprascripta intimandum est sæpissime infra annum per sacerdotes curatos, quam graue, & periculosum sit, in excommunicatione perseuerare. Nam perseuerans in excommunicatione per annum, suspectus est de hæresi, & contra eum, tanquam suspectum de hæresi procedi potest. Nam præsumitur, male sentire de sacramentis Ecclesiæ, cum nō faciat, nec facere possit illud, ad quod quilibet fidelis obligatur. Item præsumitur male sentire de potestate Ecclesiæ, ex quo non curat de eius excommunicatione, & sola pertinacia annalis perseuerantiæ in excommunicatione, inducit suspitiones hæresis: & cum talis sit suspectus de hæresi, poterit ipsi indici purgatio, in qua si defecerit, poterit ut hæreticus condemnari. Quæ autem pœnæ sunt hæreticis impositæ, superfluum est, enarrare, cū hoc clarum, & manifestum sit, & maxime de pœna cōfiscationis bonorum, & priuationis beneficiorū, & dignitatum, & de pœna ignis, & de aliis.

c. excommunicamus. §. quāt de hæret. & c. f. de pœn.

☞ Protestatio,

## Protestatio, quod de facili in futurum non concedetur excommunicatio. Cap. XI.

CVm autem ex prædictis appareat, excommunicationem esse æternæ mortis damnationem, secum paratam trahentem executionem, absurdum quippe uidetur, ut de facili ad rem quã pro præcipuo mucrone Ecclesia habet, pro minima quaque offensa & crimine recurratur. Quo fit, ut gladius ille ita obtundatur, ut in causis urgentibus, ubi usus eius exposcitur, acumen scindendi perdidisse uideatur: ita ut eius percussio magis uilipensionem inducat, & contemptum, quam corrigendarum animarum salutem. Idcirco præsenti constitutione Cauemus, ne in posterũ pro qualibet leui causa, excommunicationis sententia fulminetur: causæ autem leuitatem, uel grauitatem, non pro rei ualore, sed cõsideratis circumstantiis, & attenta qualitate petentis iudicari Volumus. Si uero circumstantiæ aggrauãtes, aut petentis qualitates non concurrerint, Volumus, & Ordinamus, quod pro re minoris summæ decem florenorum, pro singulo furto, siue dãno illato, excommunicatio non concedatur: cõcessa tamen ualeat, ad malefactorum pœnam, & subterfugia uitanda.

R

# DE SYNODO DIOCAESANA Tit. XXVII.

## De tempore diocæsanæ synodi celebrandæ. Cap. I.

CVm Ecclesia Nostra Cathedralis sit sub nomine & titulo gloriosissimæ Dei genitricis sẽperq; Virginis Mariæ, & in eius honorem festũ Natiuitatis eiusdem solenniter in ea celebretur: quo die omnes suffraganei uocantur & cõparẽt, agnoscentes eorum matricẽ, consueuerunt prædecessores Nostri, eo tempore diocæsanam synodum celebrare, parcentes laboribus & expensis subditorum. Nos quoq; eorum uestigia sequẽtes, eodem tempore diocæsanam synodum in futurum celebrare intendimus: ut qui uocati cõparuerint tanq̃ subditi comparentes intersint synodo, tanq̃ coadiutores Nostri, & tractandarum rerũ cooperatores. Propterea præsenti Nostra constitutione Citamus, & uocamus omnes, & singulos suffraganeos, & subditos Nostros, quibus de iure, uel consuetudine competit, diocæsanæ synodo interesse: ut singulis annis, octauo die mensis septembris in celebritate Natiuitatis gloriosissimæ Virginis Mariæ, debeant personaliter comparuisse, & in Ecclesia Nostra Ca-

c. ãnis singulis di. 18. & per tot.

thedrali, uel Episcopali Palatio, coram Nobis se præsentasse eo modo, & forma, quibus decet, pro sancta synodo celebranda comparere, sub pœna florenorum decem: nisi iusta & legitima causa illos excusauerit. Quod per mensem antea, inualuis ecclesiæ Nostræ Cathedralis, per affixionem cedulæ, notificari Curabimus: nisi per Nos, rationabilibus insurgentibus impedimentis, aliter fuerit ordinatum.

☞ Vt uenientes ad synodum, nō molestentur. Cap. II.

ITem Volumus, & Concedimus, quatenus, uenientes ad synodum, stantes redeuntes, & ea durante, quocūq; prætexto impediri, seu molestari non ualeant: nisi causa fuerit criminalis. cap. i. v. q. ii.

## DE EXTRAVAGANTIBVS. Tit. XXVIII.

☞ De Repræsentationibus. Cap. I.

CVm ex repṡentationibus, quæ solent fieri in Ecclesiis diebus Dominicis Quadragesimæ, & aliis diebus Anni, multa sequuta sunt scādala, &

c. cum de corem de vit. & ho ne. cler.

maiora sequi possent: ac etiam plerunque popu lus plus mouetur ad Risum quam ad deuotionem. Propterea praesenti constitutione Praecipimus, & Mandamus, sub poena excommunicationis, & aliis poenis, arbitrio Nostro transgressoribus in fligendis. ut nullus de caetero huiusmodi repre sentationes agere praesumat, tã in ecclesiis quam ex tra, sub quibusuis uerbis, etiam piis, & sub quo uis habitu, etiã honesto, & ecclesiastico. Siquis autem intẽdat ex aliqua pia repraesentatione po pulum ad deuotionem: Inducere a Nobis, uel Vicario Nostro Generali licentiam petat: qui si Viderimus, talem repraesentatiõẽ illius esse qua litatis, quod per eam populus esset aedificandus, nõ erimus difficiles, in praestando.

c. femle il 1. de cõs. distin. di.

## De Reputatricibus. Cap. II.

c. qui diui na. 13. q. 2

CVm in hac Ciuitate, & dioecesi Nostra, sit in troducta quaedam corruptela praua, & dam nabilis, quod quando moriuntur uiri uel mulieres, quaedam muliercula & ut plurimum uetulae, can tant quasdam cantilenas, more gentilium, mor tuorum resurrectionem minime sperantium, re ferentes in eis, quae mortui faciebant dum uiue rent. Et statim percutiunt facies suas, euellentes capillos de capitibus suis, ut moueant circũstãtes

mulieres ad plantum, ululantes more bruto-rum, res quidem ridiculosa, & castigatione digna: & has mulierculas, uulgus reputatrices uocat. Et non immerito in Capitulis huius fidelissimi Regni, ritus hic gentilium prohibitus est, sub certa pecuniaria, & corporali poena: & cum iudices terrarum non curent, hoc delictum comprimere, abusus iste in dies crescit, in scandalum proximorum. Propterea Statuimus, q de caetero nulla mulier, uel uir, audeat dictas cantilenas cantare, nec cantari facere, nec illum ritum paganorum, seu gentilium seruare. Et si forsan aliqui uiri, uel mulieres contrarium fecerint, si fuerint mediocris conditionis, incurrant poenam quinq; unciarum, pro qualibet uice: si uero fuerint uiles, fustigentur: ultra sententiam excommunicationis quam incurrent, quae publicabitur in prima Dominica Quadragesimae. Et si forte aliqua nobilis suae conditionis immemor, tale uile officium exercuerit, ipso facto poenam excommunicationis incurrat, a qua absolui non possit, nisi prius solutis ducatis decem: non tamen Prohibemus, lugere mortem propinquorum, & amicorum, cum hoc naturale sit, nec ab aliqua lege, Reperimus esse prohibitum.

c. qa alii & .c. vbicunq ii.a xiii. q.ii.

## De libellis famosis. Cap. III.

Argu. c. clericus maledi cus. xlvi. distin.

CVm nonnulli sint suæ conscientiæ adeo prodigi, inuidia, seu ira commoti, qui non uerentur, in denigrationem famæ aliorum libellos famosos dictare, dictatosque affigere, seu per alios affigi facere, in locis publicis, uel priuatis, in capitis sui periculum, & propriæ animæ detrimentum. Icciro contra quemcunque hæc committentem, sententiam excommunicationis Proferimus, & illos libellos inuenientes, nisi in continenti illos lacerauerint. A qua non absoluentur, absque præuia famæ restitutione illius, aduersus quem, dictus famosus libellus fuerit scriptus, & affixus: imponendo clericis, ultra dictam excommunicationis sententiam, pœnam arbitrio Nostro designandam.

c. quidam cum seq. v. q. i. Co. de famo. libel. l. i.

## De pulsatione Campanarum pro defunctis. Cap. IIII.

ECclesia, tanquam pia mater, filiorum curam gerens, in obitu Christianorum, consueuit campanas pulsare, ut earum sonitu, uiuentes, & meditarentur se morituros, & pro mortuis dominum deprecarentur. Sed dolendum est, quid potuit, his præcipue temporibus, humana miseria,

dolor carnis iã præualet spiritus pietati: ut quod ad mortem uiuentium, & mortuorum uitam, cõsueuit Ecclesia meditandum, miseri homines ad pompas mundanas, diuitiasq; terrenas traxerũt ostendendas. Et sicut olim paucis campanarum ictibus, nouerant fideles quid essent facturi, sic nunc, campanis die noctuq; indesinenter sonantibus, quid facere ignorant, grauati hominum superbia, & sonitu Campanarum. Ad deprimendam igitur mundanorum superbiam, & fideliũ pietatem extollendam, Præcipimus & Mandamus, ut tam in die obitus cuiusq; personæ, cuiusuis conditionis, dignitatis, aut status, q; etiam in septimo, quadragesimo, & alio quocũq; die, atq; anniuersario: ultra ter, campanæ pulsari nõ possint. Primo, post animæ exhalationem, Secundo, dum exequiæ parantur, Tertio, cũ corpus ad sepulturam portatur, & pro uice qualibet, Prohibemus, plures ictus dari ducentis. Declarantes, q; siquis de nocte mortuus fuerit, prima uice, campanæ ante auroram non pulsabuntur, siue ante pulsatã campanã ad pater noster. Post uero cãpanam, insero pulsatam ad aue Maria, nisi de Nostra, aut Vicariorũ Nostrorũ licentia, oĩno cãpanas pulsari Vetamus: Transgressores autẽ, arbitrio Nostro punientur. Excipimus tamen, diem cõmemorationis defunctorũ, tunc

c. animæ defunctorum. xiii. q. ii.

enim, & omni hora, & sine determinatione, secundum locorum consuetudinem Permittimus, & Mandamus pulsari campanas: ut uiui saltem molestia Campanarũ sonitus memores sint, suorum mortuorum.

## De Absolutione a iuramento ad effectum agendi, & quomodo concedi debeat. Cap. V.

CVm absolutio a iuramento in contractibus, seu instrumentis adiecto ad effectum agendi, modici sit præiudicii: non enim sic absolutus a iuramenti uinculo absoluitur, sed stãte obligatione iuramẽto uallata, ad hoc tantum absoluitur, ut audiatur. Ideo communis doctorum opinio est, huiusmodi absolutionem posse concedi, parte incitata, quod utiq; approbat, & obseruat stilus Romanæ Curiæ, resecans litigantium calũnias, eorundenq; parcens laboribus, & expensis. Cuius uestigiis, tanq̃ omnium ecclesiarum matrici inhærentes, Statuimus & Ordinamus, ut prædicta absolutio a iuramento, ad effectum agendi, omnibus petentibus apud Curiam Nostram principalem concedatur, parte etiam non citata, nec requisita. Iudex tamen summariæ, & sine strepitu, & figura iudicii, cognoscat, si iustam, seu

c. peruenit &. c. si

legitimam causam habuerint, petendi eã, siquis autem hac Nostra concessione abusus fuerit, secundum qualitatem criminis, & partium læsionem, a Nobis grauiter punietur. vero de iure iura.

## De Conspirationibus non faciendis, & de pœna contra conspiratores. Cap. VI.

QVoniam plerunq; accidit, q nonnulli, tam in ecclesiis Cathedralibus, q̃ in aliis, & quãdo p extra eas, conuenticula illicita præsumunt contrahere, contra iura: iuramentis, conditionibus, conuentionibus, & illicitis pactionibus, se ad inuicem colligantes. Et plerunq;, pro suis commodis inhiantes, conspirationes, tam cõtra maiorem suum, q̃ contra alios, facere non uerẽtur: nec charitatem seruantes proximo, nec impendentes superiori reuerentiam, ut tenentur, nõ sine magna Dei offensa, & populi scandalo, ita ut super his, christiani turbati, quærant, ubi est Deus clericorum. Vnde Nos ad tollendas huiusmodi oppressiones, & fraudes, ac ut quilibet sit liber, nec aliorum sit astrictus adhærere factionibus: talium conspirantium genus odibile, & colligationes illicitas faciẽtes, ultra pœnas a iure statutas, eo ipso Volumus, excõicationis c. coniurationum & c. conspiratio nem .xi. q. i.

sententiæ subiacere, ac ducatorum decem pœnam incurrere. Verum si infra triduum, conspirationis huiusmodi, pro posse cum effectu, & sine collusione reuocauerint: a prædicta pœna eos Liberamus, & ab excommunicationis sententia absolui posse, Concedimus.

## DE VARIIS POENIS ET EArum applicatione. Tit. XXIX.

### ☞ De pœna simplicis fornicationis. Cap. I.

AD compescendas autem undiq; clericorum immunditias, Ordinamus, quod pro simplici fornicatione, de qua conuictus fuerit aliquis clericus, pœna arbitrio Nostro puniatur: attento populi scandalo, & consuetudine delinquentis. Si uero sacerdos fuerit, in florenis quinq; pro prima uice condemnetur: & per mensem a celebratione missarum sit suspensus. Quod si fœmina illa sit, quam delinquens sumptibus propriis, extra domum habitationis suæ alebat. aut cum ea frequens carnale commercium habuisse conuictus sit: His casibus, delinquentem ipsum,

c. præsbyter distin 81.

c. a multis de ætá. & qual. ordi.

pœnam quam contra concubinarios Statuimus cap. 9. tit. 1. incurrat.

☞ De pœna commiscentis se cum parrochiana sua. Cap. II.

RECtorem autem illum, siquis tantæ timeritatis inuenctus fuerit, qui postposito Dei timore, se cum parrochiana sua commiscuerit, in uigintiquinque ducatos Condemnamus. Eum, arbitrio Nostro, ab exercitio curæ Suspendentes: postque per annum in carceribus, corpus suum, ieiuniis, & abstinentiis maceraturus permanserit: & a loco, ubi delictum tale perpetratum fuerit, per biennium sit exul. c. omnes cum duobus sequ. xxx. q. 1.

☞ Pœna Abutentis eius filia spirituali, & reuelantis habita in confessione. Cap. III.

ET cum simus homines, falli possumus, nec hominum corda scrutari ualemus: ne quod, boni causa institutum est, mali sit fomes, & origo. Siquis cum ea, cuius confessionem audiuit, quicque inhoneste, turpiterue egerit, aut eius pudicitiam attentauerit, aut eam ad

c. omnes cum duobus sequ. xxx. q. I.

lasciuia, & inhonesta perpetranda suaserit: si nõ deuentum est ad actum, temporanea pœna acriter punietur. Si vero ad actum turpitudinis est deuentum, ac etiam qui peccatum in confessione auditum, signo, aut uerbo prodiderit, confessionisq; sigillum fregerit, Beneficiis, officiisq; eo ipso suspensum, & priuatum, perpetuisq; addictum uinculis, Volumus, & Declaramus.

## Contra clericos adulteros. Cap. IIII.

c. si quis I. dist. 81 c. ac si clerici. §. de adulteriis & iud. vbi oés scribetes.

ADulterii crimine conuictum, in ducatis uigintiquinq; Cõdemnamus, & ad standum in carceribus ad arbitrium Nostrum. Et si semel conuictus, iterum conuincetur, eo ipso, ultra pœnam pecuniariam, iam expressam, beneficiis priuabitur: atq; a Ciuitate & diocesi Nostra, ad arbitrium Nostrum sit bannitus.

## Item contra adulteros, & concubinarios, & coniugatos, non cohabitantes ex propria temeritate. Cap. V.

CVnq; in grauem animarum suarum, & Dei offensam, & maximum scandalũ plurimorũ, quædã personæ, per diocæsim Nostrã reperiantur

quæ relicto legitimo thoro, nō uerentur in una domo, in adulterinis complexibus manifeste cohabitare. Cum nimis repræhensibilis sit, qui uxorem habet, & ad aliā mulierem accedit: qui uero solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli cōsilium, nubat in domino. Monemus igitur, & tenore præsentium requirimus omnes, Nostræ Ciuitatis, & diocæsis laycos, utriusq; sexus concubinarios, & in adulterinis complexibus, in simul residere nō uerentes: cuiuscunq; status, gradus, ordinis, uel conditionis existant, q nisi infra terminum dierum quindecim, quos pro tribus terminis, ac trina canonica monitione præmissa, eisdem Præfigimus, & Assignamus, concubinatum, & concubinas ipsas, & quascūq; fæminas de incontinentia suspectas, realiter, & cū effectu dimiserint, ac se ab inuicem prorsus, & omnino separauerint, Animo & intentione stabili, de cætero ad uomitum non redeundi. Vltra Excommunicationis sententiam, in eosdem grauiter ferendam, adulteri, in pœnam unciarū decem incurrant, simplices uero cōcubinarii unciarum quatuor.

1. ad Corint. c. 7.

c. nemo & c. meretrices. 32. q. iiii.

☞ Idem quoq; obseruari Volumus, etiam contra illos, qui adulteros, & adulteras huiusmodi, in domibus suis scienter recipiunt, uel sustinent: ne illos ulterius foueant, aut in domibus, seu

hospitiis suis retineant.

☞ Similis quoq; terminus Assignamus, omnibus & singulis coniugatis utriusq; sexus, qui sibi ex propria temeritate mutuo cohabitare nolunt, & recusant, etiam si nō constet, q cum aliis fornicentur, uel adulterentur. Nisi iusta subsit causa, cur redire recusent, siue illa subesset a principio, siue postea inciderit. Quam tamen infra eūdem terminum allegare, & probare teneantur, coram Nobis, si fuerint in Ciuitate: si uero in diocæsi, infra mensem.

c.i.de cōuersio. c. iuga. &.c intellexi mus de dul.

☞ Ipsi uero ecclesiarum Rectores, Plebani, & Curati, supradictos adulteros, concubinarios, & coniugatos, nō cohabitantes: singuli, in suis parrochiis inquirere & scire curabunt: & quot quot inuenerint, Nostris Viceuicariis denuntiabunt. Quod si facere omiserint, grauiter pro arbitrio Nostro punientur, cui pœne quoq; subiacere uolumus ipsos Viceuicarios, si supra dictos monere neglexerint: quibus etiam sub simili cōminatione districtius iniungimus, ut eorundem inobedientium nomina, transactis omnibus terminis, infra decem alios dies, Nobis, uel Vicario Nostro, denuntient, ut cōtra eosdem ad ulteriora (pro ut iuris fuerit) procedere Valeam9.

☞ Contra incestuosos. Cap. VI.

EOs, quos instigante diabolo, tam nephandum scelus admisisse, cum matre, sorore, de quibus fere naturale fædus nihil permittit, sceui criminis suspicari, aut filia spirituali, idest, quam Baptizauerint, uel in Baptismo, aut in cōfirmatione tenuerint, uel cuius confessionem audiuerint, carnaliter rem habuisse constiterit: beneficiis, si quæ habuerint, eo ipso priuatos Declaramus, atq; ad perpetuam pœnitentiam agendum, in uinculis coniiciendos. Pro aliis incestibus, usq; ad quartum gradum, mulctam triginta ducatorum indicimus, & carceris pœnam, ad arbitrium Nostrum Statuimus.

c. adulterii. xxxii. q. vii.

c. omnes xxx. q. i.

## Contra uiolatores Virginū, & uiduarum. Cap. VII.

QVi autem uirgini, aut uiduæ alioqui honestæ, stuprum uiolenter intulerit, beneficiis priuetur, & uirginem, cui uim intulit, dotare cogatur: Et si beneficiis caret, amplius in ducatis quinquaginta mulctetur, pellaturq; utroq; casu a Ciuitate & diocæsi Syracusana per decēniū, post q̄ i carceribus ad arbitriū Nostrū detētus fuerit. Si uero uirginē uolentē uitiauerit, eidē dotes cōpetentes soluere cōpellatur; si ipsa petierit, & ad

c. eos qui cum quatuor seq. c. 36. q. i. c. i. cū seq. de adul.

vid. ad hoc ... Sc. lau. ... in . fol. m. 72

tempus ad arbitrium Nostrum limitandum, a diuinis suspēsus existat, & in ducatis uigintiquinq; condemnretur. Si uero nuptæ uiolentiam intulerit, eo ipso beneficiis priuabitur, & uinculis perpetuo, eum alligari Decernimus.

☞ Contra accedentes ad monasteria monialiũ, & sacrilegium commictentes.

Cap. VIII.

SIquis laycus aliquod monasterium Ciuitatis, aut diocæsis Nostræ Syracusanæ, perturbauerit, ingressus fuerit (nisi ei de iure permittatur) uitiauerit, uel eduxerit aliquam ex ipsis monialibus, uel sororibus: Vltra pœnam a iure statutã, pœnam quinquaginta ducatorum, & sententiã excommunicationis incurrat. Si quis uero clericus sæcularis, uel cuiusuis ordinis septa, uel claustra alicuius ex monasteriis huiusmodi ingressus fuerit, nisi ei, ut præfertur, de iure permittatur: Incidet in pœnam excommunicationis latæ sententiæ, & standi in carcere per bienniũ, ad pœnitentiam peragendam, iuxta arbitrium Nostrũ. Quod siquis de nocte (quod absit) in aliquo monasterio reperiretur, uel compertum fuerit, ipsum in aliquo monasterio nocturno tẽpore fuisse, in dictæ excommunicationis, & carceris per quadriennium: pœnas incurrat. Si uero contingerit

tingerit (quod Deus auertat) ut talis ingressus, professionis suæ immemor & salutis, aliquam de dicto monasterio carnaliter cognouerit, uel libidinis causa, aut per alium adductam, ad hunc finem retinuerit: ultra dictam excommunicationem, a suo quoq; remotus officio, carceri perpetuo mancipetur, tantum facinus, lamentatione continua defleturus, alimentandus ad arbitrium Nostrum, uel Nostri Vicarii. Qui uero ex aliqua alia causa ausi fuerint, aliquam monialē, uel sororem, suo monasterio abducere, uel egressam sine Nostra licentia recipere: in dictæ excommunicationis latæ sententiæ, & quadriennalis carcerationis pœnas incidant. Siquis autē siue laycus, siue clericus, uel cuiusuis ordinis, ad aliquā, uel aliquas ex monialibus, siue sororibus prædictis, literas amatorias misisse compertus fuerit: ultra dictam excommunicationis sententiā, Pœnis uiginti quinq; ducatorum, & carceris per semestre continuum, subiacebit. Delatoribus uero talium literarum, pœnam fustigationis, seu quinquaginta ducatorum, iuxta personæ cōditionem, & criminis qualitatem, indicimus. Volumus etiam, q; beneficiati, in aliquo ex supradictis casibus delinquentes: ultra pœnas prædictas, beneficiis omnibus ecclesiasticis, quæ obtinent, eo ipso priuentur.

c. monacharū. 16 q. i. & c. sciēdū cū mult is simil. ead. ca. & q.

## Contra Lenones. Cap. IX.

Arg. de. .i. de vit. & hone. cle. vid. ibi glo. in verb. ma cellariorũ ac et do. Cardi.

ODibilem clericorum lenonum causam, simul & talium nephandum lucrum persequẽtes Statuimus, ꝙ clericus qui lenocinium exercuisse aut domum suam ad id præbuisse conuictus fuerit, ut in ea adulterium, stuprumue fieret, au de adulterio tractaretur, & si eo loco nihil admissum fuerit, ad soluendum uigintiquinq; ducatos condemnetur, & ad standum in carceribu ad arbitrium Nostrum.

## Contra clericos buffones. Cap. X

e. cleric de vit. & hon. cler.

INhibemus præterea, ne clerici in scæna uelti histriones, mimi buffones, quacunq; occasione, uel causa prodeant: Non comedias agã non spectaculum faciant corporis sui, in publico priuatoue loco. Inhibitioni aũt Nostræ contrauenientes hmôi, quotiẽs aliquid cõtrafecerin totiens pecuniariam, & carceris pœnã incurris sciant, arbitrio Nostro imponendam.

## Contra Lusores. Cap. XI.

CAEterum cũ de omni uerbo otioso, ac de nimo quoq; tẽporis momento, in die distr

cti examinis rationem reddere teneamur: Prohi bemus clericos omnes, & ecclesiasticas quascunq; personas, ne taxillorum, chartarum, alearum, aliisue illicitis ludis, se immisceant: neq; etiam pi la in publico ludant, & praesertim cum laycis, neq; ludentium fautores, assidui spectatores, aut te stes existant. Quae omnia, cum omnibus sacer dotibus sint indecora, & ordini clericali multu detrahentia: tum illis praecipue, quibus ecclesia stica dignitas, aut animarum cura est commissa, qui uero contrafecerit, grauem pro arbitrio No stro imponendam poenam, non euitabit.

c. clerici de vit. & hon. cler. c. inter de excel. pla. c. i. dist. 35

☞ Contra eos qui incedunt personati. Cap. XII.

CVm in oes acerbe sit animaduertēdū, qui per sonati bachātes per Ciuitatē effigiē Dei obū brant, ut maiori postea licētia, turpissima quaeq; attentare nō erubescāt. In illos uero acerbissime, qui clericalis obliti decoris, sic personati, muliebri bus choreis, pōpisq; intersunt, quiq; ludis illicitis operā dāt, & per urbē & uicos, musica instrumēta pulsare, & cantare praesumūt. Ne igitur post hac, talia per ecclesiasticas personas, ī graue animarū suarū periculū, ecclesiasticae dignitatis dedecus, & ignominiā attentētur: Volumus irremissibiliter,

Arg. c. cũ decorẽ de vit. & ho. cler.

quoſcunq; , & quaſcunq; dignitate fulgentes , ſi perſonatos , ſeu maſcaratos reperiri , aut ꝙ ita in ceſſerint , probari cõtingerit , per menſem in car cere permanere. Et ſi ſacerdotes fuerint, per tres ſequentes mẽſes , poſtq̃ a carcere egreſſi fuerint a diuinis ſint ſuſpenſi.

## Contra abutentes habitu religioſorum , & accommodantes paramenta eccleſiaſtica, & proprios habitus ad uſus illicitos. Cap. XIII.

.l. mimæ Co. de Epiſc. aud.

CVnq; ad Epiſcopi curam pertineat prouid re , ne , quæ in ludibrium Chriſtianæ reli gionis tendunt , ſiant omnino : omnes eos lay cos qui perſonati publice, aut priuatim religioſ rum , ſeu religioſarum , nec non Epiſcoporum aliorumue Prælatorum , ſiue uerum , ſiue ſimul tum habitum detulerint , ipſo facto excommu catos eſſe Decernimus abſolutionem Nobis, a Vicario Noſtro Reſeruantes . Concedimus t men Viceuicariis Noſtris , eiſdem poſſe auctor tate Noſtra beneficium abſolutionis impender cum hoc , ꝙ loco pœnitentiæ , & pænæ , in ca ceribus eos detruſos teneãt, per quindecim die uel adminus per dies octo , iuxta populi ſcádal

& delinquentium temeritatem, a quibus exire ne queant, nisi solutis prius ducatis decem pauperibus erogandis. Eos quoq; qui aliis religiosos habitus, & ecclesiastica paramenta, aut uasa, aut etiam proprios habitus commodauerint quibus amitti per urbem personati incedũt, uel alias saecularium hoĩum pompas honorẽt, poena quinq; ducatorum mulctari irremissibiliter Volumus, & grauiori etiam, si Nobis, aut Vicario Nostro uisum fuerit, teneri, Decernimus. c. uestimẽta &. c. ad nuptiarũ de conse. dist. i.

Contra eos, qui in ludicris & obscenis, Abutuntur sacrae scripturae testimoniis.
Cap. XIIII.

ET quoniam nõ minorem Deo, eiusq; orthodoxae religioni contumeliam affert, perdita nonnullorũ audatia, qui ex sacramentis, rebusq; fidei, iocorũ, ac risus argumenta quaerunt. Nõ nulli enim qui turpes de amore, aliisue ludicris, sermones ĩ cõmessationibus tripudiisq;, & in plateis habent, nõ expauescũt, diuinae legis testimonia adducere: Verba Saluatoris Nostri, & scripturae sacrae, pro temeritate sua, ad risum trahendo, atq; inuertendo, aliaq; signa faciendo. More etiam interdum eorum, qui in ecclesiis uerbum Dei populo enunciant: Idcirco Nos de xpianae

Decretũ concil. triden.

Religionis honore solliciti, ac etiã nouissime pe Concilium Tridentinũ sessione tertia, cuius uer. ba inferius registrantur, facultate suffulti, omne homines, qui i futurum talia dixerint, aut alite quomodocũq; iocosis, ridiculisq;, sacramẽtorũ aut diuinæ legis nomina miscuerint, seu talia, ue id genus alia, dictauerint, scripserint, aut dict ta, & impressa uendiderint, in excommunicati nis pœnam incurrisse Nuntiabimus.

☞ Tenor decreti Tridentini, sessione tertia.

POst hæc, Temeritatem illam reprimere ue lens, quæ ad prophana quæq; conuertũtu uerba, & sententiæ sacræ scripturæ ad scurrili fabulosa, uana, adulationes, detractiones, s perstitiones impias, & diabolicas incantatione diuinationes, sortes, libellos etiam famoso Mandat, & Præcipit, ad tollendam huiusmo irreuerentiam, & contemptum, & ne de cæte quisq; quomodolibet uerba scripturæ sacræ hæc, & similia audeat usurpare, ut omnes h ius generis homines temerarios, & uiolato uerbi Dei, iuris arbitrii pœnis, & per Episcop coerceantur.

☞ Cõtra nõ dicentes officiũ. Cap. X

MEminerit autem unusquisq; ordinis aut beneficii ratione, ad dicendum officium astrictus, si instigante diabolo, illud quotidie (ut tenetur) dicere omiserit, se furem, latronem, sacrilegum, & bonorum ecclesiasticorum occupatorem esse: fructus enim beneficiorum si quæ possideat, non facit suos, quũ ad restitutionẽ ipsorũ, quilibet beneficiatus nõ dicens officiũ teneatur. Statuimus; q̃ siquis in sacris constitutus, & non beneficiatus, post duos menses: in nõ sacris uero, sed beneficiatus, aut in sacris, & beneficiũ cũ cura, seu sine cura habens, post sex, menses a publicatione præsentium constitutionum, legitimo impedimento cessante, diuinum non dixerit officium. Quod facile constabit, si examinatus super dicendo officium, & super capitulis, responsoriis, antiphonis, hymnis, lectionibus, orationibus, & quomodo duplex officium celebretur, & quomodo simplex, quomodo semiduplex, aut de quo Sancto, in illo die officium fiat, respõdere nesciuerit: ita ut uerisimiliter coniecturari possit, cum officium suum nõ esse solitum dicere. Si beneficiatus sit, eo ipso, a perceptione fructuum omnium beneficiorum suorũ, suspensus sit: quos tanq̃ iniuste perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, uel pauperum clericorum alimentationem, erogare teneatur: & tamdiu suspensus

c. 1. & 2. dolentes de celeb. miss.

vid. cōc. lateranē. sub leone x. i. ix. ses sio. ibi re formatio nes curiæ & aliorū.

maneat, quamdiu in ea ignorantia, & diuinum recitandi officium negligentia, contumaciter per manserit. Si per ānum indurato corde post præ fatos sex menses perstiterit, Præsentis constitu/tionis tenore, quam, ulm monitionis sibi faciē dæ, habere Volumus: beneficiis quæ possidet, priuetur. Si uero non fuerit beneficiatus pœ/nam carceris ipso facto, elapsis duobus mensi/bus, incurrat: alias etiam pœnas arbitrio No/stro infligendas. Deo tamen, ultra præmissa, de dicta omissione redditurus rationem, & uęh il/lis, quos semper malus exitus manet, ut expe/rientia Docemur: nullus autem unq̃ clericum of ficium suum dicentem, a Deo derelictum uidit.

## ¶ Contra Apostatas. Cap. XVII.

QVam peruersum sit hominum genus, qui suaui iugo religionis suæ, Deiq̧ timore post posito, respicientes retro, apostatæ facti sunt: fa cile ex uerbis Beati Augustini elici potest, quum dicat, simpliciter fateor charitati uestræ coram domino Deo nostro, qui est testis mihi, super animam meam ex quo Deo seruire cœpi, quo/niam sicut difficile sum expertus meliores, q̃ qui in monasterio profecerunt, ita non sum deterio

res expertus, quod qui in monasterio defecerunt. Igitur & Nos, ut dioecesim Nostram, a tali con tagioso morbo liberatam, pro ut iam hactenus Deo dante assecuti sumus, de caetero manute/ neamus: Monemus omnes, & singulos ecclesia/ rum, beneficiorum, uel officiorum quorumcunque Rectores, Commendatarios, eorum locatenen tes & substitutos, eisque, & eorum cuilibet in uir/ tute sanctae obedientiae, & sub poena uiginti/ quinque ducatorum auri; Praecipimus, quatenus, in termino dierum quindecim, a die publicatio nis harum Nostrarum constitutionum, omnes, & singulos religiosos, apostatas, extra ordi/ nem, & religionem propriam uiuentes uagabun dos, ordinis cuiuscunque. Ac etiam saeculares, ut praedictum est, regulares, forenses incognitos, & qui per Nos, aut Vicarium Nostrum appro/ bati non fuerint, ab eorum ecclesiis, beneficiis, & officiis ecclesiasticis, omnino licentiare, & ex pellere. Nec eos uel alios quoscunque deinceps ad missas, diuina officia, uel ecclesiastica sacramen/ ta, aut animarum curam celebrandum, uel exer cendum quocunque modo admittere praesumant etiam sub praetextu habilitationis, & licentiae quo rumcunque superiorum suorum.

c. allen. I. a q. 7. cap. beatus cum se qu. iii. q. iiii.

☞ Contra Vagabundos, non legitimantes di/

ſpenſationes ſuas. Cap. XVII.

AD hæc, quoniam nonnulli animarũ ſuarũ immemores, in Chriſti fidelium ſcandalũ, & religioſorum perniciosum exemplum, ſecũ canonice diſpenſatum fuiſſe mentiuntur, q̃ habitũ regularem proiicere, & habitum clericorum, ſeu laycorum geſtare poſſint, Seu per falſas, ſubreptitias, & obreptitias preces, a ſanctiſſimo Domino noſtro Papa, aut ſacra pœnitentiaria doloſe, & mendaciter, diſpenſationes, & habilitationes huiuſmodi impetraſſe: habitum regularẽ deponendi, & clericorum ſæcularium, ſeu ẽt laycorũ aſſumendi. Ideo Monemus oẽs, & ſingulos, qui habitum regularẽ depoſuerint, & diſpenſationes huiuſmodi obtinuiſſe prætendunt, Primo, Secũdo, Tertio, & peremptorio, trina canonica monitione præmiſſa, quatenus in uirtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, ſi qui nunc ſunt, infra quindecim dierum ſpatiũ, a publicatione harum conſtitutionũ computandorũ. Quos uero eſſe continget in futurum, infra quindecim dies, a die quo tales diſpenſationes habuiſſe prætendent, corã Nobis, aut Vicario Noſtro compareant, Dictaſq; ſuas prætenſas diſpenſationes, & habilitationes, cum proceſſibus, & abſolutionibus, inde ſecutis, exhibeãt, & quod

c. ut periculoſa ne cleri. uel mon. lib. vi.

c. a nobis cum. c. fi. de apoſt. vid. alleg. in. c. præced.

Arg. c. cũ perſone de priuil. lib. vi.

ueritate, & iustitia fulciatur, canonizare procurent, aut ad monasteria, unde egressi fuerint, & superiorum suorum obedientiam redeant.

☞ De Pœna parentum, filias prostituentium. Cap. XVIII.

SCeleratum quoq; parentum, & quorundam aucupium, qui proprias filias lucri gratia prostituunt: non aduertentes, aut potius pro nihilo habentes præceptum Domini dicẽtis, Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo: Ita puniri Volumus, ut a tali scelere compescãtur. Sancimus igitur, parẽtes qui proprias filias prostituunt, pœnam ducatorũ uigintiquinq; uel fustigationis, ad arbitriũ Nostrum irremissibiliter incurrere. Et si per annum in huiusmodi turpitudine publice perseuerauerint, fustigari, uel acriori pœna plecti Volumus, pro ut Nobis, aut Vicario Nostro: expedire uidebitur: pensata qualitate personarum: & populorum scandalo. Tum maxime: si iudices sæculares circa punitionem huiusmodi delicti fuerint negligentes. Leui.19

☞ Contra receptantes excommunicatos: bãnitos: seu foriudicatos: uel eisdem

auxilium, aut fauorem impendẽtes.
Cap. XIX.

QVoniam ad expellendos, seu de medio bonorum tollendos, malefactores, atq; homicidas, tam sacri canones, q̃ iura ciuilia, Regieq; pragmaticæ, pœnas arduas statuunt: cõtra eos qui bannitos, siue foriudicatos receptant, uel eis auxilium, aut fauorem impendunt. Impiũ esset, & inhumanum, si clerici illos impune receptare possent: cresceret enim impietas, & inhumanitas malorum (prout hactenus iam creuisse uidimus) ex certa spe tutelæ, & defensionis clericorum. Propterea, Statuimus, & districte Præcipimus & Mãdamus, oibus & singulis clericis, subditis Nostris, cuiuscũq; gradus, dignitatis, aut cõditionis existant, sub pœna unciarũ uigintiquinq; ut post p̃ntis cõstitutionis publicationem, nullo modo, ẽt sub prætextu cuiuscũq; cõsanguinitatis, uel affinitatis p̃sumãt, bãnitos, siue foriudicatos per Curias sæculares, nec ẽt excõmunicatos, per offãles ecclesiasticos loco bãni, receptare, auxiliũ, siue fauorem impendere, nec aliquo mõ secũ cõuersari. Si uero tales banniti, seu foriudicati, uel excommunicati loco banni, fuerint famosi delinquentes: qui eos receptauerint, auxiliũ: siue fauorem impenderint: aut secũ quoquomõ cõuersati

fuerint: Vltra pœnam prædictam unciarũ uiginti quinq;, pœnam carceris; ad arbitrium Noſtrũ Incurrant. Et ſi tranſgreſſor huius Noſtri mandati, non habuerit unde prædictam pœnam pecuniariam ſoluat: luat in corpus, ad arbitrium quoq; Noſtrum; iuxta tranſgreſſionis modum.

## De pœnarum applicatione. Cap. XX.

QVoniã nõnunq; accidit, per clericos alioſq; ſubditos Noſtros committi delicta, propter quæ, attenta qualitate delicti, perſonæ, conſuetudinis, temporis, attentiſq; nonnullis aliis circũſtantiis, ſemper non expedit, delinquentem pœnam corporis, uel carceris punire: quare, ne delicta remanerent impunita, neceſſario in Noſtris conſtitutionibus, aliquas pœnas pecuniarias Poſuimus, tranſgreſſoribus infligendas. Ne quis tamen arbitretur, illud a Nobis fieri, potius radice cupiditatis, q̃ iuſtitie zelo: ad tollendam a mentibus puſillorum, omnes ſcandali occaſionem (debitores enim ſumus, ſapientibus, & inſipientibus, & non ſolum a malo abſtinere debemus, ſed ab omni ſpecie mali) Iccirco præſenti Noſtra conſtitutione Diſponimus, & Mandamus c. licet de pœn.

quatenus omnes & singulæ pœnæ pecuniariæ, tã in cõstitutionibus positæ, & expressæ, q̃ per cõstitutiones Nobis reseruatæ, & imponendæ: modo ut infra, distribuantur. Videlicet.

☞ Singulis annis, a Nobis eligentur duo sacerdotes bonæ famæ, & probatæ uitæ, apud quos peruenire Volumus omnes pecunias quarũcunq; compositionum, seu pœnarum. Et per eorũ manus, una quarta pars integra, pauperibus loci illius erogetur: ubi perpetratũ fuerit delictũ. Alia uero quarta pars accusatoribus, & officialibus tribuatur, curantibus & laborantibus ad dilucidationem delicti, pro arbitrio Nostro partiẽda: si tantũ iudicauerimus pro eorũ laboribus distribuendum fore, si tamen summã unciarum quattuor, dicta pars nõ transcẽderit. A qua Excludimus oĩno iudicẽ sententiã ferentẽ, quem tñ iuribus suis ordinariis, cõtentari Volumus. Sed reliquæ duæ partes, apud ipsosmet depositarios cõseruentur, ut de Nostra, aut Vicarii Nostri Generalis ordinatione, & mandato, cũ eorũ discussione & consilio, secundum quod melius expedire Iudicabimus, expendantur, uel distribuantur. Ita tamen, q̃ proprio usui nõ applicentur. A quibus quidem pœnis, Exceptuamus, & exceptuatas fore Volumus, fractas & frangendas fideiussiones, quas cameræ Nostræ Reseruamus.

## Interpraetatio, & quaedã gñalis Declaratio, super omnes poenales constitutiones. Cap. XXI.

ET quia cupiẽtes, ut oẽs, quos pñtes Nostrae cõstitutiones cõcernunt, non ex tristitia, aut necessitate, uel metu poenarum, sed Dei, & uirtu tis amore, ad ipsarũ constitutionũ obseruantiã inuitarentur: & ab earum transgressione cauerent, paucis admodũ earum, & id quidem coacte poe/ nas Adiecimus: ne tamen quos Dei timor a malo non reuocat, eas ducere audeant in contẽptũ, Nobis plenariam facultatem Reseruamus, pn̄ sentium Nostrarum, & cuiuslibet earum transgressores, & inobseruatores quoslibet, per censuras ecclesiasticas, carceris, exilii, & per alias etiã pecu/ niarias poenas, puniendi, mulctandi & corrigendi, pro ut delicti, personae, temporis, & aliis qualitatibus benepensatis, Nobis secũdũ Deũ uisum fuerit expedire. Volumus aũt qđ in singulis cõsti tutionibus, ubi apposita est certa poena: Intelligatur poena ipsa: pro delictis ibidem exp̄ssis: ubi uero poena expressa non est, sed a iure imposita, & item, ubi acciderent delicta habentia poenam ex/ pressam, non simpliciter, sed cum alio, uel aliis delictis, aut cum iterato commissa, uel propter circumstantias aliquas, aggrauata fuerint, sit

ultra expressam. Praeterea pœna arbitraria, secũdum personarum, rerum, temporum, locorum, & scandali qualitates. Et ne passim quotidie monitoria, & edicta circumferri, & publicari oporteat: Volumus q; in omnibus casibus, pro quibus, siue de iure communi, siue per has Nostras constitutiones, imposita sit delinquentibus certa pœna, ubi fortasse de iure communi ad ipsius pœnae incursum, monitio etiam iterata, seu interpellatio, & requisitio aliqua requireretur, ipsa praesentium constitutionũ publicatio sufficiat. Itaq; in posterum delinquentes praedicti, absq; ulteriori monitione, interpellatione, requisitione aliqua, pœnas praedictas ipso facto incurrãt.

Argu. c. constitutioně de sét. exco. lib. vi.

☞ Ad haec, quia pro diuersis rationibus, causis, & affectibus, iuris, uel facti, etiam post perpetrata delicta, & incursas pœnas, propterea adhuc iuris communis dispositione, plerunq; declaratoriam sententiam desuper ferri, & ut feratur, expectare opus est: quo fit, ut inter has moras: detur saepissime delinquẽtibus ipsis, fraudem legi, faciendi facilitas, & impunitatis occasio. Statuimus, ut omnibus & singulis casibus praedictis, in quibus, ad quemcunq; effectum: ut praedictum est: declaratoria sententia requireretur: sufficiat: praesens harũ constitutionũ publicatio.

Quam

Quam uim ualidæ, & solennis sententiæ declaratoriæ, ex nunc, pro ut ex tunc, & e contra, in singulis casibus, ueræ, & non fictæ habere, & loco declaratoriæ huiusmodi esse Volumus, & Decernimus: Ita q ad nullum pænitus iuris, uel facti effectum, ulterior declaratoria sententia sit necessaria. Sed quandocunq; per Nos, seu Vicarium Nostrum in similibus, declaratoriam sententiam promulgari contingerit, illa sit, & esse iudicetur dumtaxat, pro abundantiori cautela, & solennitate: maioriq; ipsorum delinquentiũ confusione, Non autem ex necessitate prolata. Et quia interdum superius, contra personas ecclesiasticas delinquentes, expressa est pœna carceris, in singulis casibus prædictis: Volumus nihilominus arbitrarium esse, An eiusmodi delinquentes, pro definito tempore in monasteriũ aliquod, ad agẽdum pœnitentiam poni, An uero, si de fuga suspecti sint, in carcerem detrudi debeant.

## DE CONSTITVTIONIBVS, ET ad quem pertineat, earum declaratio. Tit. XXX.

### Quod omnes habeant uolumen constitutionum, & de illis publicandis. Cap. I.

T

## De Constitutionibus & ad quem pertineat

NE circa istas Nostras Constitutiones, possit ignorantia allegari, & ut commodius haberi possint, eas imprimi Curauimus: qua propter Statuimus, & Mandamus omnibus, & singulis Viceuicariis, ecclesiarum Rectoribus, & eorum uices tenentibus, Ciuitatis, & diocæsis Nostræ Syracusanæ, in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna Ducati unius auri, quatenus quilibet eorum, infra duos menses post publicationē præsentem, hanc constitutionum Nostrarum editionem habeat, & habere procuret. Et cum non satisfit, eas pœnes se habere clausas, & reconditas, eisdem in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub eadē pœna ducati auri unius pro omissione, Præcipimus & Mandamus quatenus ipsa præcepta, & ipsas constitutiones, sæpissime infra annum perlegant, etiam pro faciliori earum intelligētia: cōsilium sacerdotum sociorum, peritorū, & uicinorum si eguerint, petere non erubescentes. Quos etiam Monemus, & Exhortamur, harū constitutionum Nostrarū nō solū auditores, seu lectores tantum studeant esse, sed etiā factores. Sicq; in illis sese exerceant, & studeant, ut ea adimplere, & recto sensu populo declarare ualeant. Quas etiā semel adminus in anno, per sacerdotes suis populis, pluribus uicibus declarari, Mandamus: ut nulli ab earum obseruatione, propter ignorā

ci ignorā tia cū sex sequen. c. disti. 38.

tiam se excusare possint. Illis exceptis, quas tãq̃ ad clericos, & ecclesiasticas personas, & eorũ statum, & uitam solum spectantes, populo aliter intimandas esse, non expedire Arbitramur: quũ potius ex earum intimatione scãdala, q̃ aliqua audientium utilitas, & aedificatio facile resultarẽt. Contra autem huius mandati Nostri transgressores, & uerisimiliter non obseruasse suspectos, & in praemissis negligentes, ad grauiorem etiam poenam procedetur.

## ¶ Quomodo sit procedendum, ubi non reperitur prouisum, per expressam Constitutionem. Cap. II.

QVum non sit dubitandum, esse euenturos multos casus, pluresq̃ q̃ sunt statuta: quos omnes comprehendere, impossibile Nobis esset. Et quia interdum aliquid ualde utile statuitur, sed ex superueniente aliqua iusta causa, emendatione indiget opportuna: In omnibus Nostris cõstitutionibus, tam praesentibus q̃ praeteritis, & futuris, addendi, mutandi, corrigendi, alterandi, declarandi, interpraetandi. Et ipsis non obstantibus, cum subditis Nostris, pro ut aequũ Arg. c. I. de no. op. nun.

uel iussum fuerit, rerum, personarum, & temporum qualitatibus consideratis, dispensandi, ordinariam Nobis Reseruamus, & Relinquimus plenariam potestatem.

## Declaratio superiorum constitutionum, quo ad personarum comprehensionem. Cap. III.

cap. duo sunt genera. xii. q.i.

¶c. licet de elect. Electus minus q̄ a duabus partibus Cardinalium ī summum pontificem. Si tali electioni assentit & omnes recipientes eū pro summo pontifice.

¶c. qm̄ de of. or. Vbi propter diuersitatem linguarū inhabitātium vnus Eps̄ nō pōt populo supplere, debet Vicariū idoneū substituerē q populo satisfaciat, q vicarius p oia debet subesse Ep̄o principali, & si vicarius aliter se igesserit ē excōicatus ipso iure.

¶c. i. de locato. Magistri, & scholares Bononiæ cōuenientes hospitē p cōducendo aliorū hospitio, in piudiciū, & læsionem inhabitantium, nisi prius cōstiterit tempus cōductionis clapsum, vel

inquilini in hoc suum præstiterint fauorem vel consensum.
Layci ponentes tallias, collectas, vel pstantias clericis, sine licentia papæ, & platorũ iurisdictionem euacuãtes. Item officiales successores eorũ, nisi infra mensem errorẽ prædecessorũ correxerint. Hodie violatores ecclesiasticæ libertatis solus papa absoluit, vt in extrauaganti & si dominici, ibi dum dicit offensæ libertatis ecclesiasticæ. Item & ibi dum dicit, impositionis nouorum onerum tam realium q̃ personalium, tam ecclesiis q̃ ecclesiasticis personis. ¶ c. non minus & c. aduersus de immu. eccl.
Sacerdotes habentes officium vicecomitis, vel præpositi sæcularis, si admoniti non desistant. ¶ c. clericy ne cle. vel mo.
Religiosi professi, & alii clerici dignitatem vel personatum habentes, & præsbyteri exeuntes ad audiendas leges, vel phisicam, nisi infra duos menses religiosi redierint ad claustrũ, & alii ab his destiterint. ¶ c. fin. ne cle. vel mo.
Habentes cõmertiũ etiã de mercimonialibus cũ sarracenis tẽpore guerre, vel eis dicto tpe quouis mõ subsidia, vel consilia dãtes, & per guerrã itelligitur etiã tempus treuguæ, quia per eã guerra nõ tollitur, sed suspenditur. Item nota φ in dicto titulo sunt aliæ excõicationes de portãtibus arma, & alia phibita infidelibus, sed illæ excõicationes hodie sunt papales propter pcessum annualem, & vide supra in excõicationibus papalibus in extrauaganti multa de iudeis. ¶ c. qd olim de iude.
Aliter ientiẽs de fide & sacramẽtis ecclesiasticis q̃ sẽtiat Romana ecclesia. Et nota φ in dicto titulo excõicantur diuersi hæretici, & eorũ defensores seu receptatores. Sed hodie excõicati sunt in pcessu annuali, & absolutio papæ reseruata est. ¶ c. ad abolendã de hære.
Ementes, vel acqrẽtes rẽ ecclesiæ a scismatico, vel tenẽtes beneficiũ ab eodem, aut innitentes ordinationi p ipsum factæ. ¶ c. prĩmũ de scisma.
Spoliantes damnata cupiditate christianos naufragos bonis suis nisi ablata restituant. ¶ c. excõicatiõi de rapt.
Layci existẽtes apud sedẽ apo. recipeñ dñt bullas de manu papæ, vel de mãu deputatorũ a papa ad illud offm̃. Si aũt sũt psonæ magnæ auctoritatis p nuntiũ de prædictorum manibus recipere possunt, alias contrafacientes sunt excõicati. Hodie vt dicit lo. An. curia hoc non seruat, quia quilibet etiam paruæ auctoritatis mittit nuntium ad bullatorem. ¶ c. dura. de crimi. falsi.

¶ .c. ad falsariorũ

Layci vtentes scienter literis papalibus falsis vel etiã ex ignoranda crassa.

de cri. fal. ¶ c. pueni t de sen. exco. cũ similibus.

Percutiẽs clericũ si iniuria nõ sit enormis, & ẽt aliqñ qñ ẽ enormis, vt si fuerit, illata a muliere, vel ab eo q nõ est sui iuris, aut a debili, & similibus de qbus latæ per doc. in materia.

Incendiarii, vel effractores ecclesiarum non denuntiati item & aliorum piorum seu religiosorum locorum.

¶ .c. tua nos & .c. conquesti

Participans cũ excõicato in crimine pp quod fuit qs excõicatus, & hoc si excõicatio est episcopalis, alias si prima excõicatio esset papalis, participans papali esset ligatus.

de sentẽ. exco. ¶ .c. nup de sent. exc. & .c. si cõcubine eo. tit. ¶ c. nouerit de sen ten. exc.

Facientes seruari statuta vel cõsuetudines q̃ sunt cõtra ecclesiasticã libertatẽ, nisi ea deleri fecerint a die publicationis sententiæ infra duos dies de libris suis. Itẽ & ipsi statutarii, & scriptores ipsorũ ptãtes, cõsules, rectores, & cõsiliarii locorũ vbi hmõi cõsuetudines, & statuta edita fuerint, & seruata. Itẽ iudicãtes secũdũ ea, & redigens in publicã formã iudicata. Est aũt aduertendũ ꝙ absolutio offendentiũ libertatẽ ecclesiasticã hodie est papæ reseruata p extrauagãtem, & si dominici, editã p Sixtũ de pœniten. ibi offensæ libertatis ecclesiasticæ. Idem ibi dicitur de imponentibus noua onera ecclesiis seu ecclesiasticis personis seu prohibita exigentibus.

¶ .c. vbi piculũ .§. nulli & .§. ꝙ si ꝑmissa de elec. in .vi.

## ¶ Excommunicationes Sexti Episcopales.

Qui mittũt literas, vel nũtiũ, vel secrete loquũtur cardinalibus vel alicui eorũ i cõclaui p electione papæ existentibus. Et domini officiales locorum vbi dictam electionem cõtigerit celebrari non seruantes contenta in .d.c. vbi periculũ.

¶ c. sciãt cuncti de elec. i. vi.

Omnes grauãtes p se, vel alios in bñficiis, vel aliis suis rebus clericos, vel eorum consanguineos, quia nolunt eligere eũ pro quo rogabantur.

¶ c. generali de electione lib. vi.

Qui vsurpat de nouo custodiam vacantium ecclesiarum vel locorum piorum, vel occupat eorum bona. Item clerici, & monachi hoc fieri procurantes.

¶ c. idem nitatibus

Directores monialiũ i electionibus nisi abstinuerint ab his p quæ posset oriri, vel nutriri discordia in electionibus.

.§. postre

Procurãtes vt cõseruatores sibi dati se itromittãt de aliis q̃ de

manifestis iniuriis, nec absolui pñt ãte satisfactionẽ dãni dati.
Qui extorserint absolutionem, seu reuocationẽ a sententiis excommunicationis, suspensionis, vel interdicti per vim vel metum huiusmodi etiam absolutio nihil valet.
Fingentes casum fraudulenter per quem iudex vadat ad aliquam mulierem pro testimonio ferendo.
Cõpellentes p̃latos vel ecclesiasticas p̃sonas ad submittendũ ecclesias, subiiciendo bona imobilia vel iura ecclesiarũ laycis, vel recognoscendũ, seu p̃fitendũ se retinere ab eis tanq̃ sup̃ioribus, vel ad statuendũ laycos ĩ patronos, seu aduocatos ecclesiarũ, seu bonorũ ipsarũ in perpetuũ, seu ad nõ modicũ tempus, sine licentia papæ, & capituli. Sed hodie iuxta alibi dicta dico absolutionem reseruatam papæ propter extrauagantem, & si dominici, de imponentibus noua onera & violatoribus ecclesiasticæ libertatis.
Layci si vsurpant, vel exigũt aliq̃d de rebus ecclesiasticis imobilibus, seu iuribus ecclesiæ, vltra naturã & legem cõtractuũ etiam si tales contractus de licentia sedis Apo. sint initi, & moniti non desistant, & taliter ablata non restituant.
Religiosi mendicãtes p̃ papã post cõciliũ generale approbati & instituti q̃ aliquem ad p̃fessionem receperint, loca de nouo ácq̃sierint, vel acq̃sita sine licentia papæ alienauerint, exceptis ordinibus, p̃dicatorũ, minorũ, hæremitarũ, & carmelitarũ. Hodie nõ credo sint alii mendicãtes vltra prædictos qui non ligentur hac censura, ideo hæc est admodũ sup̃flua.
Exigentes a p̃sonis ecclesiasticis, p̃ rebus seu p̃sonis suis propriis, q̃ causa negociationis nõ deferũt, suo, vel alieno nomine, pedagia, guidagia, seu gabellas, nec debent absolui ãte satisfactionẽ. Hodie absolutio reseruat̃ papæ, p̃ extrauagãtem, & si dominici, vbi de offensa ecclesiasticæ libertatis, & de imponentibus noua onera p̃sonis ecclesiasticis seu exigentibus prohibita absolutio reseruatur papæ.
Impediẽtes ligare ĩ foro eccl'a'stico corã delegato vel quocũq̃ alio iudice ordinario ĩ causis q̃ ibi de iure, vel consuetudine possũt exerceri, nec dñt absolui nisi ãte fuerit satisfactum de dãnis tã iudici q̃ parti. Adde quæ infra sunt p̃ximo capitu.
Domini t̃pales p̃hibentes subditis suis ne cũ p̃sonis ecclesia,

mo de electi. lib. vi. ¶ c. si. §. pars vero de offi. de leg. in. vi. ¶ c. i. de his q̃ vi. met. ve. in. vi. ¶ c. mulieres de iudi. i. vi. ¶ c. hoc cõsultissimo. §. layci de reb. ecc. nõ. in vi. ¶ ibidẽ §. fi. ¶ c. i. de reli. do. in vi. ¶ c. q̃q̃ de cens. i vi. ¶ c. i q̃m de immu. ecc. li. vi. ¶ c. fin.

de immu. ecc. li. vi. flicis contrahant, vel cõmunia obsequia exhibeant & vide remissiue quæ supra dixi in proximo.li.c. & considera propterea ꝙ potest dici absolutionem reseruatam papæ.

¶.c. vbi periculo s. sa ne cle. vel.lib.vi. Religiosi tacite vel expsse pfessi, q temerẽ habitũ suæ religiõis deponũt, vel q sine licẽtia suorũ plarorũ, cũ cõsilio sui cõuẽtus, vel maioris partis eorũ accedũt ad studia. Itẽ doctores & magri q religiosos vt supra habitu dimisso leges aut phisicã audiẽtes, sciẽter docuerit, vel i scolis retinere psũpserit.

¶.c.ij. de hær.li.vi. Sepeliẽtes hrticos, credẽtes, fautors, sceptatofs & dfẽsores eorũ sciẽter i cœmeterio ecclastico. nec absolui dñt nisi pprijs manibus publice extumulauerit eorũ cadauera & piecerit.

¶.c. vt in qsitiõis de hær.li.vi. Domini temporales, ptãtes, rectores, & eorũ officiales qui de crimine hæretis cognoscũt, iudicãt, vel captos p dicto crimine absq Episcoporũ, vel inquisitorũ licentia, a carcere liberant, vel executionem p dicto crimine a diocæsano, vel inqsitore iniũctã put ad eorũ spectat offm nõ implent aut directe, vel indirecte presumũt sententiã, vel pcessum inqsitorũ seu diocæsanorũ ipedire, vel eis se opponere in his quæ spectant ad eorũ officiũ. Item & qui scienter in prædictis cõsiliũ auxiliũ, vel fauorem. Et qui hmõi excõicationem p ãnũ sustinuerit velut hæreticus est censendus. iõ post ãnũ absolutio papæ reseruatur. ꝑ ũt cõgruenter & indistincte dici hoc esse cõtra libertatem ecclesiasticã ideo papæ rferuatũ vt sæpe dictũ est pp illã extrauagãtẽ Sixti q incipit & si dominici.

¶.c. pro humani d hom.libr. vi.ad fi. Qui christianos mandat interfici per assasinos etiam si casus non sit secutus, & talibus dantes auxilium consilium & receptando defendendo, vel occultando.

¶.c.i. de vsur li vi. Clerici inferiores Episcopis locãtes, vel quocũq titulo concedẽtes domos manifestis vsurariis alienigenis ad fenus exercendũ, vel eos nõ expellentes de terris suis infra tres mẽses.

¶.c.i. de iiu. & da. da.i.vi. Cõcedentes represalias cõtra psonas ecclesiasticas seu bona ipsarũ aut prætextu cuiuslis etiã cõsuetudinis generaliter cõcessas ad eas extendentes nisi infra mensem a die cõcessionis, seu extensionis hmõi præsumptionem reuocauerint. Si sunt psonæ singulares sunt excõicati, si sit vniuersitas vel collegiũ, interdicta. Hoc pari mõ videtur cõtra libertatẽ ecclesiasticã iõ absolutio papæ reseruata vt sæpe dictũ est, &

hoc quãdo per laycos hmõi repræsaliæ cõcederentur seu et exercerentur, qa si personæ ecclesiasticæ ex iurisdictione ecclesiastica & nõ temporali illas cõcederent nõ posset cõsiderari offensa ecclesiasticæ libertatis, & sic absolutio hoc casu nõ esset papæ reseruata. Sed bene epõ tenendo illã opi. q̃ videt magis cõis, q etiã iudex ecclesiasticus nõ possit cõtra clericos cõcedere represalias, quin excõicatione incurrat.

Principes, seu officiales, qui infra mensem a die noticiæ de delicto commisso contra Cardinales aut clericos familiares papæ & cardinalium non administrauerint iustitiam iuxta contentã in . d. c. fœlicis. ℂ Felicis. §. quia ꝑpter de pœn. li. vi.

Dãtes licentiã grauãdi, vel offendendi eos qui sententias excõicationis, suspensionis, vel interdicti, tulerint cõtra quemcunq, vel eos quorũ occasiõe sunt latæ, vel eos q obseruãt eas sententias, & nolũt cõmunicare taliter excõicatis, nisi licentiam ipsam re integra reuocauerint. Et si ad bonorũ captionem occasionis talis licentiæ sit ꝓcessum, nisi bona ipsa fuerint restituta infra octo dies, aut satisfactio ꝑ ipsis impensa, vtentes quoq tali licentia data, aut aliquod ꝓmissorũ ad quæ cõmittenda dari licentiã est ꝓhibitũ motu suo committentes, quæ excõicatio vltra duos menses efficitur papalis. Aduerte q si ꝓdicta dici possunt esse facta cõtra ecclesiasticã libertatẽ absolutio est semp papæ reseruata vt sæpe dictum est. ℂ Quicunq de sent. exc. in. vi.

Absoluti ab excommunicatione in articulo mortis, vel pp aliquod impedimentum a non habente potestatem, si nõ se repræsentat quã citius possunt ei a quo debuerant absolui re- c. pturi illius mãdatũ reincidũt in eãdem met excõicationẽ. Idem est de absolutis qui se debent alicuius cõspectui præsentare, vel alicui satisfacere, si non adimpleuerint quãprimum cõmode poterint, & si excommunicatio fuisset papalis erit papalis, idem e conuerso ĩ Episcopalis. ℂ Eos de sent. exc. in. vi.

ℂ Excommunicationes Clement. Episcopales

Mpedientes sequestrationem factam per ordinarium loci de beneficio ecclesiastico nõ possesso ꝑ triennium integrum ℂ Cle. i. de seque.

pacifice post sententiã diffinitiuã cõtra possessorem apud sedem apo. dũtaxat i petitorio, vel possessorio promulgatam, etiam si nulla diceretur. Item qui hmői fructus sequestratos occupare psumpserit nec absolui debent nisi impedimento amoto, & fructibus restitutis. Hæc possunt dici esse cõtra libertatem ecclesiasticã, iõ papæ absolutionẽ reseruatã vt sæpæ dictũ est. Intelligendo tamen quãdo p laycos præstaretẽ hmői impedimentum alias non p ossent trahi ad violationẽ ecclesiasticæ libertatis, & remaneret in clericis Episcopalis.

¶ Cle. i. de sepult. Sepelientes corpora defunctorũ scienter in cœmeterio ꝑe interdicti in casibus a iure nõ cõcessis, aut excõicatos publice interdictos nominatim, vel vsurarios manifestos, & nõ debent absolui nisi satisfacto ad arbitrium diocesani.

¶ Cle. i. de deci. Religiosi administrationes vel beneficia nõ hñtes, decimas ecclesijs debitas sibi appropriãtes, vel fraudãtes ecclesias circa eas, vel eas solui nõ pmittentes, vel phibẽtes, & hoc habet locũ tã in decimis debitis ecclesiæ, aĩaliũ q̃ terrarũ, seu noualiũ. Et hoc si requisiti non destiterint infra mensem, vel ĩtra duos menses danificatis ecclesijs emendã nõ fecerit, de vsurpatis, & retentis, nec absolui debent ante satisfactionem.

¶ Cle. ne i agro §. qa vero de stat. mona. Monachi, & canonici regulares, q nõ habẽt administrationẽ. Si intrant curias principũ sine licentia suorũ prælatorũ, & inferant damnum prælatis, vel monasteriis. Item tenentes arma intra septa monasterii, sine licentia abbatis.

¶ Cle. ii. d sta. mo. Impedientes visitatores monialiũ quarũcũq; in his quæ pertinent ad officiũ visitationis earũ si moniti nõ desistãt. Si pdicta fiant contra libertatem ecclesiasticã absolutio erit papæ reseruata per extrauagantem, & si dominici.

¶ Cle i. de rel. do. Statum beghinarum assumentes, vel illum sectantes. Item religiosi dictis beghinis fauentes.

¶ Cle. i. de consa. & affi. Cõtrahentes scienter illicite matrimoniũ in gradibus cõsanguinitatis, vel affinitatis prohibitis, & cum monialibus pfessis. Item religiosi, moniales, & clerici in sacris constituti, contrahentes cumquibuscunq; matrimonium.

¶ Cle. ii. de hære. Cõmissarii inquisitorũ hæreticæ prauitatis, aut Epõrũ seu capituli sede vacante, prætextu officii pecunia extorquentes. Item bona ecclesiarum scienter occasione dicti officii ob de

lictum clericorum fisco etiam ecclesiæ applicantes, nec absol ui possunt nisi præuia satisfactione.

Officiales cõmunitatũ & alii quicũq; ptãtes facientes, vel dictãtes statuta, vel ea scribentes sup viuris soluendis, solutis nõ repetendis, vel nõ restituendis. Item ea nõ delentes de libro cõmunitatũ si possunt infra tres meses, vel seruantes dicta statuta, vel consuetudines eorum effectũ habentes. ¶ Cle. I. de usur.

Oẽs religiosi mendicantes q sine licentia papæ loca de nouo accipiũt ad habitãdũ, vel recepta huiusmodi mutant, vel i alios quouis alienationis titulo transferunt. Item religiosi in ser monibus suis, vel alibi aliqua pferre, ea intentione psumentes vt a solutione debitarũ ecclesiis decimarũ retrahant audientes. Item q sibi cõfitentibus scienter nõ faciũt conscientiam de decimis soluẽdis. Si hoc casu data oportunitate & non purgata negligentia, prædicare præsumpserint, quæ excommunicatio quantum ad duo membra vltima, nõ extenditur ad religiosos monasteriorum, & rectores ecclesiarum decimas percipientium. ¶ Cle. cu pientes in prin. de pœn.

Religiosi nõ seruãtes interdictũ per sedem Apostolicã positũ vel ordinariũ loci quem seruat matrix ecclesia, vel generalẽ cessationem diuinorũ seruatã vt supra vel etiam positã per concilium prouinciale, seu alio habente auctoritatem. ¶ Cle. I. de sent. exco.

Fratres minores q tpe iterdicti recipiũt ad diuina fratres vel sorores tertii ordinis, papæ ẽ reseruata absolutio, Epi tñ auctã te apostolica pñt illos absoluere, & pmissa satisfactione, aliq dicunt hãc excõmunicationẽ esse sublatã p Sixtũ papã IIII. ¶ Cle. cũ ex eo de sent. exco.

¶ Excõicationes in Extrauag. Io. xxii. Episcopales.

Sectãtes statũ, uel sectã bighinarũ, seu fraticellorũ. Itẽ de nouo illũ assumentes. Itẽ Epi illi habitũ seu ritũ cõcedentes. Immolãtes demonibus, aut eos adorãtes, uel cũ eis paciscẽtes uel pcurãtes imagines, uel ãnulos fabricari, seu fabricãtes. Item specula fialas uel rem quãcunq aliã magicæ artis ad demones ibi alligandos. Itẽ petentes, seu recipientes respõsa uel auxilia ab eisdẽ p adimplendis eorũ prauis desideriis pstolãtes. Item ducentes, uel adiscentes hmõi artes. Itẽ habentes, tenentes, studentes, & non cõburentes huiusmodi ¶ Sãcta romana d reli. dom. ¶ Sup illius q̃ nõ habetur i corpore.

libros, ifra octo dies a noticia huius cõstitutionis, & de hac materia est etiam excommunicatio in concilio Lateranen.

## Excõmunicationes extrauag. cõmuniũ Episcopales.

Ioan. xxii. sup gentes de consue. Impedientes legatos, seu nuncios a papa transmissos terras sibi subiectas ingredi. Tu considera ꝙ si hoc est cõtra libertatem ecclesiasticam absolutio est papæ reseruata.

Ioan. xxii. vt ꝑlatorũ & c. & si deceat de maio. & obe. Prælati uenientes ad curiã, de ipsa Romani Pont. nõ præsentati conspectibus vel saltim ab eo recedendi licentia non obtenta, recedentes, nec non scienter receptãtes prædictos nisi id cõfestim Ro. pont. vel alicui ꝑ quem id ipsum ad illius crediderit deduci notitiam, manifestare curauerit.

Sixtus iiii. vices illius de treuga & pace. Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, Rectores, Curati, Priores, Guardiani, & singuli fratres ordinum mendicandum non obseruantes, vel non facientes obseruari concordiam initam inter prælatos, & rectores, ac mendicãtes fratres in partibus Germaniæ confirmatam per papam, nec absolui possunt nisi de consensu læsi, & satisfactione præuia.

Ioan. iix. suscepti ne se de va. Singulares ꝑsonæ ecclesiasticæ inferiores Epis, vel seculares, ꝑcipientes de redditibus ecclesiarũ vacantiũ vltra dispositionẽ dictæ constitutionis nisi illud ad quos pertinebat infra mensem restituerint cum effectu, nec absolui debent nõ præmissa satisfactione præterq̃ in mortis articulo.

Paul. ii. ãbitiose de reb. eccl. non alie. Alienantes bona ecclesiarũ, seu locorũ piorũ immobilia vel mobilia & preciosa, & illorũ dominiũ quomodolibet transferentes, nec nõ cõcedentes, hypotecãtes, & locantes, seu conducentes ea vltra trienniũ. Item infeudantes, & seu ea in emphiteosim præterq̃ in casibus a iure permissis ac de rebus & bonis in emphitheosim dari solitis, & tunc si in euidentem ecclesiarum vtilitatem concedentes.

Item recipientes hmõi alienationes, excõicationis sententiã incurrunt. Tu tamen aduerte ꝙ licet hac cõstitutio in primo suo dicto, videatur inferre generaliter cõtra omnes excõmunicationis sententiã, tñ ex quo in secundo & tertio dicto Epis, & abbatibus ingressum ecclesiæ per mensem interdicitur, in quo interdicto si ꝑ sex meses fuerit perseueratũ a

temporalibus & spiritualibus sunt suspensi, inferiores autem a prędictis cōmendatarii & rectores ecclesiarū beneficia, vel administrationes quōlibet obtinentes priuantur illis beneficiis quorū bona alienauerint incōsulto Ro. pont. aut cōtra .d. cōstitutionis tenorem ego crederem ꝙ ad Epos abbates & pdictos cōmendatarios rectores & beneficiatos excōicatio se nō extenderet. Item aduerte quia dicitur ꝙ hæc constitutio in multis locis non fuit acceptata tamen in prouincia launensi seruatur, quia inconsulto Ro. pont. alienationes bonorum ecclesiasticorum non fiunt etiam in casu licito, & in euidentem ecclesiarum vtilitatem.

Iudices delegati inferiores Epis a sede Apo. sup alienatione rerū ecclesiæ sub illa forma si in euidentē vtilitatē, & deputati a grauati supeorū cōsentientis qin grauamen aut detrimētum ecclesiæ per gratiam timorem vel sordes alienationi cō senserint, aut decretum, vel auctoritatem interposuerint super dictā alienatione. — ℂ Pauli. i. oibus quæ est i corpore

Impugnantes literas electi in papā ante eius coronationem. — ℂ Benez xi. qa nō nulli de sent. exc.

ℂ Excōmunicationes concilii Lateranēsi. Episcopales.

CLerici familiares cardinaliū post tres menses a die publicationis huius constitutionis legitima monitione pmissa vestes in .d. constitutione prohibitas ferentes. Aduerte qa non credo ꝙ huiusmodi constitutio fuerit obseruata etiam in curia, & ante oculos papæ. — ℂ Leo. x superne .ix. sessione.

Principes sæculares occupantes, vel occupari mādantes vel sequestrantes aut dissipantes redditus, & fructus ecclesiarum & beneficiorum quorūcunq. Item illorū mandato prædicta facientes nisi de iusta extimatione satisfecerint, terræ eorum sunt suppositæ interdicto. — ℂ Idem i eadem.

Reges principes, & quicūq ciuitatibus ac terris quōlibet pssidētes, collectas, decimas, & alia onera, clericis, plātis, & aliis qbuscūq personis ecclesiasticis imponentes & exigētes, & a sponte ēt dantibus & cōsentientibus recipientes & in præmissis auxiliū, vel fauorem, aut consiliū palā vel occulte præstantes, Ciuitates aūt & vniuersitates, & collegia in pmissis — ℂ Idem i eodem.

delinquentes subiecta sunt ecclesiastico interdicto. Itẽ præ- lati etiã præmissis absq; Ro. pont. expressa licentia cõsentiẽ- tes. Et nota q; cõciliũ in dicta bulla innouauit omnes censu- ras alias p quoscũq; põtifices latas cõtra violatores ecclesia- sticæ libertatis, stãtibus pœnis quæ hmõi violatoribus im- ponuntur p bullã quæ annuatim legitur in cœna Domini, & in specie innouauit cõstitutionem Bonifacii octaui q̃ inci- pit. Felicis, & cõstitutionem Clem. v. q̃ incipit. Si qs suadẽ- te. Est tamen aduertendũ q; violãtes libertatem ecclesiasti- cã incurrũt ꝑut sepe dictũ est excõicationem a qua p solũ pa- pã possunt absolui. Papa .n. hmõi absolutionẽ sibi reseruat vt in extrauagãti Sixti, & si dñici, vbi etiã idem disponitur de imponentibus noua onera tam ecclesiis q̃ ecclesiasticis personis & prohibita exigentibus.

Layci exercentes sortilegia per inuocationes demonum incã- tationesq;, ac diuinationes & superstitiones.

Glosantes dictam constitutionem superne dispositionis, vel super ea commentaria facientes absq; sedis Apo. licentia.

Impugnãtes mõtes pietatis aprobatos p cõciliũ lateranense, vel cõtra illos ꝑdicantes seu deputantes verbo vel scriptis.

Imprimentes seu imprimi facientes libros, vel alias quascũq; scripturas nisi per diocæsanum, & inquisitorem loci vbi im- primuntur, videantur, & approbentur.

Glosantes, seu interpræta ntes gesta, & facta in concilio La- terañ. sine papæ & sedis Apo. licentia.

¶ Excõicationes Epales; quæ sunt i ꝑsentibus Synodalibus Cõstitutionibus Syracusañ. quæ ipso facto incurrũtur.

¶ Præsumentes directe vel indirecte piã testatorũ volũtatem immutare, legata verbis dubiis obnubilare, testamẽta quo- quomõ occultare vel denegare, ipso facto sunt excõicati.

Excõicant. offãles aliqd extorqũtes a clericis arma portãtibus.

Qui in aliquo gradu per sacros canones prohibito, ausi fue- rint scienter p verba de præsenti matrimonialiter copulari, excommunicationem ipso facto incurrunt.

Excõicãtur ꝑhibentes notarios & testes ad infirmos ingredi

¶ Leo. x. superne i .ix. sessi.
¶ Idẽ in eidem.
¶ Leo. x. iter multiplices i. x. sessione.
¶ Idẽ inter sollicitudines i .x. sessio.
¶ Idẽ cõstitut. iuxta verbũ pphete. i. vlti. sess.
¶ c. cõplures de test. & lega.
¶ c. sacrorũ de vit. & ho. cle.
¶ c. volẽtes de spõsa & mat.
¶ c. statuimus de test. & leg.

Dictātes seu facientes libellos famosos ipso facto excōicātur.
Conspirantes contra maiorem seu quemcunque alium sunt ex communicati ipso facto.
Concitantes tumultum in ecclesiis, immittendo manus violentas in clericos, vel in laycos, ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt.
Occupātes tā clerici q̄ layci ecclesiarū vacantiū possessionem, vi. armis, minis, aut precibus, sunt ipso facto excōicati.
Excommunicantur detentores bonorū ecclesiæ, nisi infra trimestre restituerint bona detenta, eisdem ecclesiis.
Procuratores, & Thesaurarii ecclesiarū, nisi infra mensem restituerint, totā debiti sūmā suis successoribus, excōicantur.
Cōmittentes sacrilegiū in monasteriis monialiū, vel ingredientes claustra p̄dictorū monasteriorū īcidūt excōnis incurrunt.
Abutentes, vel abuti permittentes, sacramentis ecclesiasticis, excommunicati declarantur.

¶ c. cum nonnulli de extrauag. ¶ c. qm̄ d extrauag. ¶ c. decet de immu. eccle. ¶ c. pessima de immu. ecc. ¶ c. detētores de reb. ad vna. ecc. p. ¶ c. p̄dicto d reb. ad vn. eccle. per. c. si qs de var. pœn. ¶ c. volētes de cu. eccle. ¶ c. cum excōicatio. xi. q. iii. & ibi gl. & c. cōstitutionē de sē. exc. lib. vi. ¶ c. ēgeltrudā. iii. q. iiii.

## MINORIS EXCOMMVN. DECLARATIO.

Est sciendū, q̄ quoties fit mentio de excōicatione, intelligitur de maiori. Ideo hic aliqua de minori, & quomodo incurratur, declarare, q̄ necessarium putauimus.
Minor Excōicatio incurritur, per participationem cū excōicato, maiori excōne, quæ exinde multos parit effectus.
Primo, hæc, queadmodū & maior, priuat nos participatione sacramtorū ecclesiæ, quæ in sola p̄ceptione cōsistit. Nam si excōicatus excōicatione minori, suscipit sacramētū, peccat mortaliter, & vltra nō sumit grām, & sacramētū in tali excōicato, non operatur effectum suum.
Secūdo, hæc spēs excōicationis minoris, nō priuat a participatiōe diuinorū, sed tm̄ a p̄ceptiōe sacramtorū. Iō qlibet ex cōicatus excōne minori, pōt audirē missā, & alia diuina offā.
Tertio, licet excōicatus minori (vt p̄missū est) peccet suscipiendo sacramentū, tamen non incurrit irregularitatem.
Quarto, talem excommunicatum non tenemur euitare.
Quinto regulariter qlibet sacerdos, qui absoluere pōt a peccatis, absoluit etiam ab excommunicatione minori.

¶ Ad §e dicta vid. c. si celebrat de cle. excomminis.

Sexto, est ineligibilis, & incapax beneficiorum, si scienter fuerit electus.

Septimo & vltimo, q ante debet absolui ab excōne, q̄ a peccatis, alias non est a peccatis absolutus, ideo caueat sacerdotes cū absoluunt a peccatis, prius dicant, absoluo te ab omni excommunicatione minori, si qua teneris.

### Vtilis animaduersio.

c. si celebrat præallegato.

ADuertendū est ēt, q si quis participat cū excōicato maiori, in contemptū ecclesiasticæ disciplinæ, vel cōtra phibitionem pceptoriā superioris, vel multum frequenter, vel in diuinis, vel in crimine, vel si in sententia diceretur, excommunicamus cum suis participantibus, non tantum incurret excommunicationem minorem, sed ēt maiorem.

c. si cōcubinæ &.c. nuper de sent. exc.

¶ Item clerici, qui participant cū excōicatis a papa sciēter, & spōte in diuinis, icurrūt similem excōicationem papalem, si qualitates prædictæ, simul omnes concurrant.

¶ Et qm̄ patet ex superius dictis, q incurritur excōicatio minor, quādoq maior, p participationem cū excōicatis maiori excōne. Attamen notādū est, q ab hmōi excōicatis quis non tenetur abstinere, nisi fuerint publicati, & denūtiati spāliter & expresse, aut notorie in excōicationis sententiā cōstiterit incidisse, q nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, vt ex tenore bullæ Leonis, inferius annotatæ, satis patet.

### Tenor Bullæ.

LEo Eps seruus seruorū Dei, ad perpetuā rei memoriam, sacro approbante Concilio, & infra. Statuimus insuper q ad vitandū scandala, & multa pericula, subueniendūq conscientiis timoratis, q nemo deinceps, a cōmunicatione alicuius in sacramentorū administratione, vel receptione, aut aliis quibuscunq diuinis, intus vel extra, ptextu cuiuscūq sententiæ, aut cēsuræ ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel a iure generaliter p mulgatæ, teneātur abstinere, vel aliquē vitare, vel iterdictū ecclesiasticū obseruare. Nisi sententia, phibitio, suspensio, vel cen-

vel censura huiusmodi, fuerint, vel contra personam, collegium, vniuersitatem, ecclesiam, aut locum certum, aut certam, a Iudice publicata, & denunciata specialiter & expresse, aut notorie in excommunicationis sententiã con stiterit incidisse, ꝙ nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, cum a cõmunione illius abstinere volumus, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen, huiusmodi excõmunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos, non intendimus in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari. &c.

Aduertas quoq;, ꝙ si aliquis clericus suspensus, vel excõmunicatus, scienter ministrauerit, exercendo ordines suos, puta celebrando, sacramenta ministrando, & alia quæ spectãt ad eius ordinem susceptum faciendo, statim efficitur irregularis, a qua irregularitate habilitari non potest, nisi a solo Papa.

Item crimina enormia, qualia sunt hæresis, simonia, & homicidium, inducunt irregularitatem.

Item celebrans scienter, in loco interdicto, in casibus non permissis, irregularis, & ineligibilis est, & non liberatur nisi a papa.

Hæc summatim, pro simplicibus sacerdotibus dicta sufficiãt, vt ea, quæ ad eorum officium attinent, recte valeant indigentibus ministrare. Quod in eis Deus perficere digne tur, per gratiam suam.

¶ c. Apostolicæ & .c. clerici cum suis gl. de cle. exc. mini.
¶ c. qui in aliquo fi. disti. c. maritum .35. disti. & .c. significasti de homi.
¶ c. is qui .§. is vero de sent ex co libr vi.

# CANONES POENITENTIALES.

HI sunt pœnitentiales canones, quos hic i fine subnectēdos duximus, ad subleuandā simpliciū clericorū imperitiam, vt cū viderint certā a iure pœnitentiā imponi, ipsi melius arbitriū suū informare possint, qūo attentis confessione, fletu, lachrymis, & dolore, dispositione, & facultate confitentiū, pœnitentias salubriter moderari possint. Nā qualitas temporū nřorū, in qbus nō solū merita sed & corpora defecerūt, nō patit̄ rigorē antiquorū canonū pmanere, sed necesse est illum, a discreto sacerdotis iudicio temperari.

¶ Primus est, q̄ si præsbyter fornicationem fecerit, si spōte confessus est, in hunc modū .x. annis pænitebit, tribus, siquidem mensibus a cæteris remotus, pane & aqua a vespera in vesperam vtatur, tantū aūt diebus dñicis & pcipuis festis modico vino, & pisciculis, atq̄ leguminibus recreetur, sine carnes & sagimine, ouis & caseo vtatur, sacco indutus humi adhæreat, die ac nocte misericordiā Dei oīpotētis imploret. Finitis mensibus tribus exeat postea viribus resumptis, vnum annū, & dimidiū in pane & aqua expleat, exceptis diebus Dominicis & præcipuis festiuitatibus. & Reliquū vt habetur in .c. præsbyter. lxxxii. distin.

Secundus est, q̄ si sacerdos fornicetur cum filia spūali fæmina, res suas in pauperes erogabit, & in monasterio vsq̄ ad mortem permanebit, sacerdos ab officio deponetur & .xii. annis peregrinando pænitebit, & postea in monasterio cūctis diebus vitæ suæ domino seruiet, Si aūt Eps fuerit .xxv. annis pænitebit .c. siquis .c. non debet .xxx. q i.

Tertius est, q̄ clericus adulterium committens deponitur, & in monasterium detruditur, vt toto tempore vitæ suæ pænitentiam agat .c. siquis .c. romanus. lxxxi. distin.

Quartus est, q̄ monialis quæ in vitium carnis labitur, seueriter castigata in monasterium detruditur, ad pænitentiā perpetuo peragendam .c. si qua monacharum. xxvii. q. i.

Quintus est, in ea quæ cum virginitatem vouisset, maritum accepit .c. virgines .c. de filia, & .c. deuotam. xxvii. q. i.

Sextus, quando quis desponsatam alteri vxorem accepit, ni

.xl. dies in pane & aquæ, & .vii. sequentibus pæniteat .c.ii. despō. duo.

Septimus est, ꝙ si pater & filius, aut duo fratres cum vna muliere, aut si cum matre & filia, aut cum duabus sororibus, aut cum duabus commatribus aliquis concubuerit, octo annis pænitebit .c. si pater .xxx.q.iiii. Idem si cōtrahatur matrimonium cum talibus .c. sin. ea. q. & .c. siquis .xxvii.q.ii.

Octauus, in ea quæ cognita ab vno scienter nupsit fratri illius, nam qui cognouit, septem ānis pænitebit, mulier aūt perpetuo remanebit sine spe coniugii .c. si hō .xxxv.q.iii.

Nonus, ꝙ siquis coierit cum brutis, aut cum vxore, aut aliter contra naturam, si laycus est, excommunicari debet, si clericus, deponi, & detrudi in monasterio ad pænitentiam peragendam .c. flagitia .xxxii. q. vii. c. clerici, de excess. prxla. & secundū leges ciuiles vltimo supplicio afficiuntur. Aūct, vt non luxu. con. natu. circa fin. l. cū vir. Co. de adul. vid. §. hoc etiam .xxxiii.q.ii. vbi dicitur, ꝙ coiens cū brutis plusq̄ septem annis pænitebit.

Decimus est, ꝙ ille qui cognoscit vxorem adulteram, anteq̄ peregerit pænitentiam de adulterio, duobus annis pænitebit .c. siquis vxorem .xxii.q.i. & in alio .c. si quis vxorem ca. q. dicit, ꝙ tribus annis pænitebit.

Vndecimus est, ꝙ siquis duxerit in vxorem eam quā pater de sacro fonte leuauit, debet eam dimittere, & ipse, & omnes alii cooperatores talis matrimonii, septem annis pænitere debent .c. non oportet .xxx q.iii.

Duodecimus est, in sacerdote qui celebrat & communionem non recipit, nam vno anno a perceptione sacramenti, & a celebratione abstinere debet .c. relatum, de consecra distin. ii.

Trigesimus tertius est, in cap. nemo, el. ii. de consecra distin i. vbi diaconus inuoluens mortuum uestimentis altaris, triennio, & sex mensibus ab altari remouetur, presbyter vero decem annis, & sex mensibus.

Trigesimus quartus est, ꝙ sacerdos qui clandestinis Matrimoniis interfuerit, vel ca nō, ... triennio suspen

detur .c. cum inhibitio §. fin. de clandest. despons. vbi dicitur etiam ꝙ grauius punientur si res postulauerit.

Decimus quintus, ꝙ siqs simpliciter virginitatem nouerit, & postea matrimonium contraxerit, tribus annis pœnitere debet, vxore retenta. c. si vir. xxvii. distin.

Decimus sextus, ꝙ si excõicatus celebrauerit, triẽnio pœnitere debet, & a vino & carnibus abstinere. c. de illis. xi. q. iii.

Decimus septimus, ꝙ si parẽtes frãgũt spõsalia filiorum, triẽnio separant a cõmunione, & filii similiter. c. vnico. xxxi. q. iii.

Decimus octauus, q ducit in mrĩmoniũ eã quã polluit p adulterium, quinq; annis pœnitebit. c. si qua fuerit. xxxi. q. i.

Decimus nonus, qlibet homicida voluntarius sine spe restitutionis deponitur, & xv. annis pœnitet, si est Eps, & cunctos vitæ suæ annos peregrinando finire debet, si est praesbyter. xii. annis pœniteat, & tres ex his in pane & aqua. Diaconus. x. annis, & tres similiter in pane & aqua. Clericus simplex, & laycus septem annis, & tres ex his similiter in pane & aqua. c. siquis homicidium. 50. dist. c. minor ea distin.

Vigesimus, ꝙ pro homicidio casuali imponitur pœnitentia quinq; annorum, secundum nouos canones, sed secundũ antiquos septem annorum. c. si quã fœmina. c. siquis. l. distin. Pro homicidio autem quod pro defensione factum est, ad cautelam imponitur clerico pœnitentia duorũ ãnorum. c. de his ea. dist. c. ii §. fina. de homi. Quid autem de illo, qui intuitu disciplinæ incaute percutiendo, occidit aliquẽ? vid. c. praesbyterũ de homici. c. siquis non iratus. xv. q. i. Et quid de eo, qui per insaniam occidit? vid. c. indicas. iii. q. ix. c. aliquantos. c. illa. c. siquis. xv. q. i.

Vigesimus primus, in matricida qui per annũ integrũ ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores ecclesiæ stans, orans & deprecans Deum perseueret, completo anno poterit ingredi ecclesiam, & audire diuina, sed non cõmunicare vsq; ad triennium. Quo expleto per aliud septẽniũ abstinebit ab oblatione altaris. Et his. xi. Annis carnem non mãducabit, nec vinũ bibet, nisi festiuis diebus, & a Pascha vsq; ad Penthecostem. Item nec poterit aliquo vehiculo vehi,

nec arma interim sumere, nisi contra paganos, ieiunet autem tribus diebus per hebdomadam, a vespera vsq; ad vesperam. c. latorem. xxxii q. ii.

Vigesimus secundus; In eo qui interficit vxorẽ, qui toto tẽpore vitæ suæ vinum & siceram bibere, & carnes comedere, equitare, vxorem ducere, Arma cingere, cõmunionẽ accipere phibetur. Pænitentiam agere debet in pane & aqua & sale, ieiuniis, vigiliis, orationibus, & eleemosynis omni tempore perseuerando, vide. c. admonere vbi hæc latius ponuntur. xxxiii. q. ii. ex quo collige, φ maior pænitentia imponitur illi qui interficit vxorem, q̃ illi qui interficit matrem.

Vigesimus tertius, φ qui præsbyterũ interficit. xii. annis pænitebit, & militiæ cingulo perpetuo carebit. c. ii. de pænit. & remissio.

Vigesimus quartus, iurãs temere, & iuramentũ transgrediẽs, pænitebit. c. qui sacramento. xxii. q. iiii. sed transgrediens iuramentum licitum. xl. dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pænitebit. c. quicunq;. vi q. i.

Et qui liber est & compulsus periurat. xl. dies in pane & aqua pæniteat, & septem sequentes annos, si seruus tres quadragesimas & legitimas ferias pæniteat. c. qui cõpulsus. xxii. q. v. & φ ille qui periurat in manibus, aut in cruce cõsecrata pæniteat tres annos, vid. c. sequẽs. Qui falsum iurat, vel alium iurare compellit, Septem annis pænitebit. c. si quis conuictus xxii. q. v.

Vigesimus quintus, in eo qui signo vel verbo cõfessionẽ manifestauerit. c. omnis vtriusq; sexus de pænit. & remiss.

Vigesimus sextus, in eo qui in dicẽdis horis canonicis, & aliis officiis diuinis, a consuetudine metropolitanæ ecclesiæ discrepat, Septem enim mensibus, communione priuatur. c. de his. xii. distin.

Vigesimus septimus, In Episcopo qui ordinat inuitum sine causa, anno enim suspenditur. c. ii. lxxiiii. distin.

Vigesimus octauus, In dissimulantem correctionẽ de venditione Mysteriorum, Nam Episcopus duobus mensibus, sacerdos quattuor. i. q. i. c. quicquid inuisibilis.

Vigesimus nonus, in sortilego qui .xl. diebus pænitet .c. requisisti de sortile.

Trigesimus, in eo qui videt in astrolabio duobus annis pænitet .c. ex tuarum de sortileg.

Trigesimus primus, qui domum suam lustrat cum magicis, & incantatoribus quinque annis pænitet .c. cum diuinationes .c. non liceat. xxvi. q. v.

Trigesimus secundus, in eo qui communicat hæretico inscius anno pænitebit, qui scienter quinque annis .c. si quis dederit. xxiiii. q. i. & multæ aliæ pænitentiæ in hac materia.

Trigesimus tertius, si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in terram .i. tabulam terræ adhærentem, lingua lambatur, & tabula radatur, si non fuerit tabula, locus corradatur cauendo, & comburatur, & cinis iuxta altare condatur, & sacerdos .xl. dies pæniteat, si super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pæniteat si super linteũ altaris, & ad aliud linteum stilla peruenerit, septem diebus, si vsque ad tertiũ, nouem, si vsque ad quartũ. xx. diebus pæniteat, & linteamina quæ tetigerit stilla, minister tribus vicibus abluat, calice subterposito, & aqua ablutionis sumatur, vel cõdatur .c. si p negligentiã de cõse. dist. ii.

Trigesimus quartus, siqs p voracitatẽ, vel ebrietatẽ eucharistiã euomuerit xl. diebus si sit laycus, si clericus. lxx. si Eps .xc. diebus pænitebit, sed si p egritudinẽ acciderit, septem diebus .c. siquis per ebrietatem de conse. distin. ii.

Trigesimus quintus, si Mus comedat corpus xpi, sacerdos. xl. dies pæniteat, si illud aliter perdiderit. xxx. diebus .c. q bene de conse. dist. ii. sacerdos qui incaute dimiserit Eucharistiam, & si nihil mali acciderit tribus mensibus ab officio suspenditur .c. i. de custo. Eucha.

Trigesimus sextus, qui scienter rebaptizatur, septem annis pæniteat faciendo tres quadragesimas, & feria. iiii in pane & aqua ieiunando .c. qui bis de conse. distin. iiii. de quo etiã in .c. homines ea. distin.

Trigesimus septimus, qui domum vel areã succẽdit, sublata vel incensa omnia restituat, & tribus annis pæniteat .c. si quis domum deiniure.

Trigesimus octauus, falsarius quandiu viuit in pane & aqua pænitere debet .c. nouimus de verbo. sig.

Trigesimus nonus, sacrilegus, q sanctū chrisma polluerit & vasa sacra ad humanos vsus transtulerit, hoc mō pænitebit, vno āno extra ecclesiā pmanebit, secūdo āno, ante fores ecclesiæ sine cōmunione manebit, tertio anno, ecclesiā ingredietur, sed non admittetur ad oblationem, hisq tribus annis a vino & carnibus abstinebit .c. de viro .xii. q. ii.

Quadragesimus, solenniter pænitens & ad vomitū rediens .x. annis pænitebit .c. hi qui vero de pæn. distin. v.

Quadragesimus primus, maledicens seu blasphemans Deū, septem diebus Dominicis præforibus ecclesiæ, dum missarū solennia aguntur stare debet, sine pallio, & sine calciamentis, zona circa collum ligata, & septem continuis diebus in pane & aqua ieiunare debet .c. ii. de maledi.

Quadragesimus secundus, comburens ecclesiam .xv. annis pænitebit .c. siquis ecclesiam .x vii. q. iiii.

Quadragesimus tertius, excōicatus celebrans, tribus annis cōtinuis pænitere debet, oi tēpore, secūda, quarta, & sexta, feria a vino & carne ieiunando .c. de illis .xi. q. iii.

Quadragesimus quartus, degradatus celebrās, toto tpe vitæ suæ a cōmunione corporis xpi priuatur .c. accedēs .i. distin.

Quadragesimus quintus, opprimentes, seu suffocātes filios pprios, tribus annis pænitere debent, vno in pane & aqua ieiunando .c. fin. de his qui fili. occide.

Quadragesimus sextus, iniuste aliū accusans ad mortē, quadraginta diebus in pane & aqua cum septem sequentibus annis pænitere debet .c. accusasti de accusa.

Quadragesimus septimus, contrahens contra interdictum ecclesiæ vno mense pænitebit .c. i. de matri. cōtra interdi. eccle. contra.

Quadragesimus octauus, est in capitulo, si quis laycus .23. q. vltim.

Quadragesimus nonus, fur rei ecclesiasticæ vltra quadrupli restitutionem, septem annis pænitebit, & ties in pane & aqua .c. pecunia .xvii. q. iiii. & qui ecclesiā cōbusserit, quindecim annis pænitebit .c. siquis ecclesiam ea. cau. & q.

¶ Circa istos canones aduerte, ꝙ vbi imponitur pœnitentia certorum annorum, intelligitur esse in arbitrio sacerdotis quo tempore anni, & qualiter velit pœnitentiam magis. Nam poterit sacerdos dare vnum diem ieiunii, vel duos per hebdomada, vel dare aliquas quadragesimas ieiunandas in anno. Ita dicit Specu. In suo repertorio aureo.

¶ Quadragesimæ pœnitentium, cōmuniter sunt tres, Ante Pascha est prima, Secunda, Ante festum sancti Ioannis, Tertia, Ante Natiuitatem Domini. vid. i. c. i. xxii. q. v. c. quicunque. iii. q. vi.

¶ Curet semper sacerdos imponere pœnitentiam cōtrariam peccato, Nam luxurioso, & guloso, imponatur pœnitentia ieiunii, Maceratiionis Carnis, Auaro, Eleemosynarum, Superbo, Humilis oratio, Accidioso, Peregrinatio, suspecto de hæresi, Fidei prædicatio.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

Registrum huius Operis.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z a b c.

Omnes sunt quaterniones, præter. A & Z, qui sunt terniones, & c, quid est duernio.

¶ In Vrbe Fœlici Panhormi Excudebat Nobilis Ioannes Matthæus de Mayda, Anno a partu Virginis.
M. D. LV.



